MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80540-11

AUTHOR:

PREUSS, CARL

TITLE:

DE ENUNTIATORUM TEMPORALIUM APUD...

PLACE:

GRYPHISWALDIAE

DATE:

[1864]

Master Negative #

92-80540-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Preuss, Carl, 1838-

De enuntiatorum temporalium apud poetas tragicos Graecos usu ac ratione, particula I. Dissertatio ...quam...defendet auctor Carolus Preuss... Gryphiswaldiae, typis F. G. Kunike, [1864]

44 p. 20 cm.

Thesis, Greifswald, 1864.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS EE

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE ENUNTIATORUM TEMPORALIUM APUD POETAS TRAGICOS GRAECOS USU AC RATIONE.

PARTICULA I.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIUERSITATE

GRYPHISWALDENSI

UNA CUM SENTENTIIS CONTROUERSIS

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIX. MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXIV

H. XI. IN AUDITORIO MINORE

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CAROLUS PREUSS,

SILESIUS.

ADUERSARII ERUNT:

H. MUELLER, SEM. PHILOL. SOD. ORD.

E. SEIFFERT, SEM. PHILOL. SOD. ORD.

H. KLEIST, SEM. PHILOL. SOD. ORD.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

Quamquam qui de enuntiatis temporalibus disserere uult, historiarum aliquem scriptorem adire debet, quippe cuius proprium sit officium res ita describere, ut temporum, quibus factae sunt, certa serie accuratissime obseruata modorum quoque rationes a legentibus intelligantur, tamen aliquantulum profecisse uidetur, si quis etiam in tragicorum poetarum graecorum usum inquisiuerit ita, ut totum amplectatur.

Itaque nobis proposuimus de enuntiatorum temporalium apud illos usu ac ratione disserere.

Quamobrem id primum uideamus, quale sit illud, de quo quaerimus.

Est enim simplicissima enuntiatorum temporalium forma, in qua aduerbium uel uocem aduerbii loco usurpatam ad enuntiati uerbum uel nomen aliquod apposita uidemus, quibus tempus accuratius describatur. Quae ratio quamquam magnam sermonis uarietatem efficere potest, tamen non semper satis apta erat ad proferenda ac dilucide explicanda omnia, quae in quamlibet temporum conditionem conuenirent. Saepenumero enim notio illa aduerbialis, qua tempus rei actae uel agendae significaretur, non una tantummodo uoce quamuis aliis appositis definitiore exprimi potuit, sed toto enuntiato opus fuit, quod cum primario illo enuntiato coniungeretur uel potius ei subiungeretur uel, ut grammatici dicunt, subordinaretur; alterum igitur enuntiatum secundarium est.

Qui nexus inter enuntiata intercedens qualis sit aut aduerbiis aut pronominibus relatiuis indicatur.

Sed missa altera parte, quae est de pronominibus, quaeramus de priore illo connectendi modo, qui aduerbiis efficitur.

Aduerbia autem, quae poetae tragici graeci in hunc usum adhibuerunt, haec sunt:

> ἐπεί (ἐπήν, ἐπάν), ἐπειδή (ἐπειδάν), ἔστε (ἔστ' ἄν), ἕως (ἕως ἄν), ἦμος, ἡνίκα (ἡνίκ' ἄν), ὁπηνίκα (ὁπηνίκ' ἄν), ὅτε (ὅταν), εὖτε (εὖτ' ἄν), ὁπότε (ὁπόταν), ὄφρα (ὄφρ' ἄν), πρίν (πρὶν ἄν), ὡς, ὅπως.

In qua enumeratione de industria id omisimus unum, quod uno tantummodo loco eoque corrupto in codicibus Sophocleis legitur, dicimus uocem *μέχρι*. Soph. enim Ai. u. 571. libri haec uerba exhibent:

> ὥς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰςαεί,
> μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ.

In uno apogr. *μέχρι μυχούς*, in Suidae lex. s. uu. *γηροτροφῶ* et *μυχός* uerba *μέχρις ἂν μυχούς* reperiuntur. Sed recte iam animaduersum est, uocem *μέχρι* hoc loco scriptam a poeta non fuisse; quam qui intulerit, non solum tragicae, sed omnino Atticae linguae et metricae artis imperitum fuisse Dindorfius in edit. Oxon. satis demonstrauit. Quid autem de illo loco statuendum uideatur, postea in quaestionem uocabitur.

Restant igitur quatuordecim illa aduerbia, quae pleraque etiam cum particula ἂν apud tragicos coniungi intelligemus.

Indicatiui ratio explicatur.

In modorum usum ac rationem inquirentes ut a facillimis ordiamur, prima ueniat in medium indicatiui ratio; de qua ne longi fiamus, satis erit praecepta repetere, quae Hermannus et Baeumleinus dederunt. Ille enim uir doctissimus in libro de part. ἄν scripto (p. 17.) statuit, quum simpliciter affirmemus negemusue facta esse uel fieri uel fore, quaecunque fieri uel non fieri dicamus, tum nudum omnium temporum indicatiuum usurpari. Et Baeumleinus in libro „untersuchungen über die griechischen modi“ inscripto (p. 33.) hanc legem proposuit „der indicativ ist der modus, welcher das prädicat als wirklich hinstellt.“ In his igitur acquiescamus. Quum uero omnis temporum diuersitas in indicatiuo appareat, ceteri autem modi

omni sint temporis significatione exuti, de temporum usu quaestio hic exoritur; quae tota uidetur diiudicari posse e temporali nexu, qui inter actiones enuntiati primarii et secundarii, quod temporis significationem continet, intercedit. Igitur duo genera discernuntur;

- alterum, in quo significatur, actionem enuntiati secundarii tempore aequalem esse actioni enuntiati primarii, i. e. alteram actionem eodem quam alteram tempore fieri;
- alterum genus, in quo indicatur, actionem enuntiati secundarii tempore diuersam esse ab ea, quae enuntiati primarii est.

Iam ad prius genus transeamus atque primum quidem de rebus praeteritis quaeramus. Atque ut inde mea disputatio proficiscatur, Fr. Haasii praeceptum de his rebus datum sequi liceat. Res praeterita duplici ratione potest mente comprehendi; aut is qui loquitur comparationem facit cum loquendi tempore et hac de causa iis, quae ante acciderunt, eam tantummodo ueritatem tribuit, ut animo amplectatur et cum praesenti tempore collata suae cogitationi subiiciat; aut res ante factae adeo a sensu animo sunt traditae, ut certa earum imago memoriae impressa intuendo quasi teneatur, quae exstingui aut commutari nequit. Res igitur tum a loquentis cogitatione non amplius pendent, sed suam habent ueritatem, quamquam tempore praeterito. Quodsi quis eas uult narrare, quales uere sunt factae, non aeque temporis praesentis ratio habetur, sed mens loquentis in id tempus, quo gerebantur, relabitur aut inuita fere trahitur. Sunt uero haec ad illustrandas eas, de quibus agemus, enuntiationes semper tenenda ac circumspicienda, ut certe ne uirtutes passim orationi affingamus, quae clariore luce admota euanescunt ac paene sunt nullae. Quod enim grammatici statuerunt, imperfecto significari actionem praeteritam quidem, sed per longius tempus durantem, in aoristo uero inesse rerum absolutionem omni continuatione uacantem, ea secundaria temporum notio est, e primaria illa deriuata. Deinde quod de imperfecto, idem de plusquamperfecto dicendum est; quum enim perfectum tempus in graeco sermone quasi praesens rei perfectae sit, plusquamperfectum, quod illius praeteritum est, imperfecti uice fungitur. Quae autem natura praesentis

est, in quo proprie non inest temporis indicatio, saepenumero in rerum narratione poetae quoque tragici praesenti pro aoristo utuntur, ut sublata temporum differentia is qui loquitur res praeteritas alacritate quadam in praesentiam translatas producat. Itaque tempora ad praeteritum spectantia haec habemus, imperfectum, aoristum, praesens, quod uocant historicum.

Iam ipsa exempla enumerantes ordiamur ab imperfecto, de quo leges a plerisque grammaticis adhuc datae quantopere scriptorum consuetudine refellantur, ex ipsis locis mox apparebit. Sunt tamen quidam loci, quibus actiones enuntiati primarii et secundarii ita circumscribuntur, ut significetur, per idem temporis spatium utramque continuari; ad quod significandum poetae tragici coniunctione *ἕως* atque uno loco coniunctione *ὄφρα* usi sunt. Quibus de causis quoniam utraque actio eodem tempore inchoata, eodem ad finem perducta est, non mirum uidetur, cur plerisque locis utriusque enuntiati uerba eodem tempore imperfecto usurpata sint.

Soph. El. 951*): *ἐγὼ δ' ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ*
θάλλοντ' ἔτ' εἰςήκουον, εἶχον ἐλπίδας.

Eur. Hec. 16. Iph. T. 1391. Hel. 60. Aesch. Choeph. 361.

A quibus exemplis duo tantummodo differunt; alterum, quod est

Soph. Trach. 601: *ἀλλ' αὐτὰ δή σοι ταῦτα καὶ πράσσω, Λίχα,*
ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἠγορῶ ξέναις·

in quo praesentis ratio non ita difficilis esse uidetur ad explicandum; Deianira enim, at id ipsum, inquit, sedulo curo et curabam, dum tu, Licha, cum feminis captis colloquebaris. Igitur Deianirae cura, quam ante egerat, usque ad praesens illud tempus producta est. — Alterum exemplum est

Aesch. Pers. 710: *ὦ βροτῶν πάντων ὑπερσχὼν ὄλβον εὐτυχεῖ πότμῳ,*
ὅς θ', ἕως ἔλευσσες αὐγὰς ἡλίου, ζηλωτὸς ὢν
βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις ὡς θεὸς διήγαγες.

Hoc enim loco aoristus *διήγαγες* pro perfecto positus est; Darius enim, Persarum rex, mortuus est atque actam habet uitam, quae beata erat, dum uiuebat. Quam significationem perfecti

*) Editiones in numerandis uersibus secutus sum Aeschyli Dindorfianam, Sophoclis Schneidewinianam, Euripidis et fragmentorum Nauckianam.

propriam ad aoristum interdum translatam esse grammatici exemplis satis probauerunt. Imperfecto autem pro aoristo hic uti, nisi mutato totius loci sensu, non licet.

Hactenus exempla, quibus secundariam illam imperfecti significationem probare possumus; ceteris autem qui exstant locis quamquam imperfectum usurpatur, de continuatis actionibus agi non ita elucet, ut probatam iis illam legem habeamus. Ex quibus primum eos enumerabimus, ubi in utroque enuntiato imperfectum occurrit.

Soph. Ai. 271: *ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ,*
αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς,
ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.

ib. 1347; Electr. 1167; Phil. 571; Oed. C. 768; Eur. Androm. 58; Hecub. 767; fragm. 287. u. 20; Soph. Oed. R. 391. 800.

Phil. 396., quo loco repetitum aduerbium *ὅτε* non est per anaphoram positum, sed alterum uerbi *ἐπηυδώμαν*, alterum uerbi *ἐχώρει* tempus definit.

Phil. 1271; 1312; Oed. Col. 437.

Oed. Col. 591: *ἀλλ' οὐδ', ὅτ' αὐτὸς ἤθελον, παρίεσαν.*

Hanc enim cod. Laur. scripturam retinendam esse puto, quum nihil in ea inesse uideatur, in quo Nauckius offendit.

Eurip. Heracl. 932; Iph. T. 60; Troad. 1162; Hel. 4; 718; Fr. 313; Soph. El. 899; Eur. Phoen. 1472; Cycl. 396.

Soph. Trach. 765: *ὅπως δὲ σεμνῶν ὀργίων ἐδαίετο*
φλὸξ αἱματηρὰ κἀπὸ πιείρας δρυός,
ἱδρὼς ἀνῄει χρωτί, καὶ προσπτύσσετο
πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος,
χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον.

Ubi uerbum *προσπτύσσετο*, quae librorum scriptura est, Musgravius et qui eum secuti sunt in *προσπτύσσεται*, quae forma praesentis est, mutauerunt; de qua re Dindorfius in ed. Oxon. ad h. l. sic dicit: „nihil caussae erat cur augmentum omittere mallet quam praesenti uti, etsi illud interdum fit in nuntiorum narrationibus, plerumque metri caussa“. Quo concesso ego nihil causae esse dico, cur optimorum librorum scripturam mutemus. Atque G. Hermannus quoque, malui ego, inquit, libris obtemperare, quum in relatione nuntii recte omitti augmentum in tali quidem uerbo possit. (Uid. Herm. elem.

doctr. metr. p. 121.). Ceterum utram scripturam, imperfectum omisso augmento an praesens facta mutatione praeferamus, nihil ad totum locum pertinet; de priore enim imperfecto, quod ἀνῄει est, iam non dubitatur.

Soph. Ai. 935.

Deinde plusquamperfectum atque imperfectum coniunguntur;

Aesch. Pers. 377: ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο
καὶ νὺξ ἐπῄει, πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ
ἐς ναῦν ἐχώρει πᾶς θ' ὅπλων ἐπιστάτης.
ib. 413: . . . . ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
ἤθροιστ', ἀρωγὴ δ' οὔτις ἀλλήλοις παρῆν,
αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἐμβόλοις χαλκοστόμοις
παίοντ', ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον.

Hermannus sane alio modo hunc locum intellexisse uidetur; dicit enim in annotationibus: παίοντ' indiget nulla mutatione; est autem praesentis participium παίοντα significatque eum qui illiditur, ut in Aesch. Prom. U. u. 887. (qui est u. 885. ed. Dind.). Hactenus Hermannus; sed quomodo totum locum interpretaretur et uerteret, non explicauit. Itaque ego retinendam esse puto significationem uerbi παίειν, quam per totam hanc fabulam habet, ueluti in uu. 397. 409. 426. 463. al. l., et formam παίοντ' non pro παίοντα positam esse dico, sed pro παίοντο, quod imperfectum est. Nam de praesenti (παίονται) cogitari non posse Nauckius docuit in Jahnii Annal. Philol. uol. 85.

Soph. Oed. R. 1266: . . . . ἐπεὶ δὲ γῇ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.

Quo loco Dindorfius non ueri simile esse dicit Sophoclem post tam pauca uerba praegressa δέ in apodosi posuisse; quamobrem δεινὰ δὴ τἀνθένδ' ὁρᾶν scribendum ei uidetur, intellecto ἦν. Quae coniectura probari non potest neque mutanda librorum scriptura est. De ipsa autem particula δέ in enuntiato primario posita Matthiaeus legem statuit in gr. gr. §. 616. p. 1247.

Eur. Ion. 1122; Electr. 20.

Eurip. Troad. u. 543. pro uoce ἐπί, quae librorum scriptura est, Hermannus ἐπεί scripsit; sed qui ceteri hanc fabulam ediderunt, omnes quod scio librorum scripturam retinuerunt.

Eurip. Suppl. 764: φαίης ἄν, εἰ παρῆσθ' ὅτ' ἠγάπα νεκρούς.

Quem totum uersum Lobeckius (in ann. ad Soph. Ai. p. 228. ed. pr.) delendum esse censuit.

Troad. 953; Bacch. 1345.

Iph. Taur. 1148, quem locum adiecta ad librorum scripturam particula ὅτε (Schoenius quidem εὖτε adiecit) Hermannus sic scripsit:

χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ
παρθένος εὐδοκίμων γάμων,
πέρι πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
πρὸς ἡλίκων θιάσους
ἐς ἁμίλλας, χαρίτων τε χαί-
τας ἁβρόπλουτον ὅτ' εἰς ἔριν ὀρνυμένα πολυποίκιλα
φάρεα καὶ πλοκάμους περιβαλλομένα γέ-
νυν συνεσκίαζον.

Sed non est cur sententia aduerbium ὅτε requirat, ex quo συνεσκίαζον pendeat; modo ne cum Hermanno sic uertamus: utinam starem in choreis, ubi etiam uirgo nobili digna connubio stabam; sed uertendum est, ubi . . . uariis pallis et cincinnis amicta genam inumbrabam. — De ceteris uerbis, quae Hermannus mutauit, non meum est dicere.

Deinde quibusdam locis pro tempore finito in enuntiato primario participium praesentis usurpatur, quippe quod imperfecti quoque participium sit.

Soph. El. 927: (ἤκουσα) τοῦ πλησίον παρόντος, ἡνίκ' ὤλλυτο.
Antig. 167; Eurip. Suppl. 838., ubi quamquam cetera uerba suspecta et delenda Nauckio uidentur, de his certe non dubitatur:

μέλλων (σ' uel γ') ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξήντλεις . . . γόους.

Ion. 726. Helen. 1199. Iam uero fieri potest, ut nomina quaedam seu substantiua seu adiectiua ita usurpentur, ut participii uim habeant; ueluti Soph. Trach. 240:

(ΛΙΧ.): ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοιίς, ἔνθ' ὁρίζεται
βωμοὺς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διί.
(ΔΗΙΝ.): εὐκταῖα φαίνων ἢ ἀπὸ μαντείας τινός;
(ΛΙΧ.): εὐχαῖς, ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάστατον δόρει
χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.

Eur. Alc. 991; Troad. 1131; Hel. 11. His porro exemplis annectenda sunt ea, in quibus in enuntiato primario ex antecedente uerbo imperfectum supplendum est.

Soph. Oed. R. 1470: .... *χερσί τᾶν θιγων*
δοκοῖμ' ἔχειν σφᾶς, ὥσπερ ἡνίκ' ἔβλεπον.

Ubi intelligendum est *ὥσπερ εἶχον, ἡνίκ' ἔβλεπον.*

De Soph. Trach. u. 601. iam supra disputauimus. Soph. Oed. C. 1035.

ibid. 1699: *καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ τὸ φίλον φίλον,* (sc. *ἦν*)
ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.

Igitur adiecto imperfecto *ἦν*, quod Hartungus et Bergkius coniecerunt, omnino non opus est, quum praeterea uoculam *τό* eiciendam esse censerent sic scribentes:
καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ φίλον ἦν φίλον.

Ceterum G. Dindorfio quoque uidetur hic uersus interpolatoris manum expertus esse.

Eur. Cycl. 2: .... *διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους*
νῦν χὤτ' ἐν ἥβῃ τοὐμὸν εὐσθένει δέμας.

Ubi uerba sic construenda sunt: *νῦν ἔχω καὶ εἶχον, ὅτε.* Ab his exemplis non multum distat

Eur. Cycl. 38: .... *μῶν κρότος σικινίδων*
ὅμοιος ὑμῖν νῦν τε χὤτε Βακχίῳ
κώμοις συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους
προσῆτ' ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι;

Qui locus similis est Aesch. Prom. U. u. 556., ubi aoristi rationem postea explicabimus. Qui restat Eurip. Hecub. u. 520., huc pertinere non uidetur; nam aoristum ibi, non imperfectum uerbi *τέγγειν* supplendum esse suo loco demonstrabitur.

Quae hactenus exempla contulimus, omnia eodem modo explicantur; semper enim imperfectum describendis rebus in praeterito factis inseruit. De qua re fusius disseruit E. Hoffmannus in libro, quem inscripsit „die construction der lateinischen zeitpartikeln" Wien. 1860. p. 64. seq.

Aliud genus est eorum exemplorum, in quibus altera actio talis est, quales adhuc percensuimus imperfecto expressas, altera ita comparata, ut non facta ulla cum loquendi tempore comparatione prodeat praeterita et ad finem perducta. Quare mutua inter eas intercedit ratio, ut altera actio unum tantummodo punctum eius temporis expleat, per quod altera continuatur.

Primum igitur eos locos enumerabimus, quibus in enuntiato primario aoristus, in secundario imperfectum usurpatur.

Eur. Heracl. 889: .... *καὶ μέμνησό μου*
ὃ πρῶτον εἶπας, ἡνίκ' ἠρχόμην λόγου.

Soph. Oed. C. 356; Trach. 268; Eur. Andr. 111; Electr. 621; Herc. F. 11; Ion. 944; Bacch. 610; Soph. Phil. 8; Oed. C. 87; Eur. Andr. 867; Med. 930; Electr. 14; Orest. 63; Heracl. 9; Hecub. 1208; Herc. F. 1145; Iph. T. 859; Troad. 1181; Fragm. 70; Aesch. Pers. 854; Eur. Ion. 888; Phoen. 1143; Soph. Oed. C. 1604.

Eur. Alc. 185: *ἐπεὶ δὲ πολλῶν δακρύων εἶχεν κόρον,*
στείχει προνωπὴς ἐκπεσοῦσα δεμνίων,
καὶ πολλὰ θάλαμον ἐξιοῦσ' ἐπεστράφη
κἄρριψεν αὑτὴν αὖθις εἰς κοίτην πάλιν.

Ex quo exemplo apparet, quam affinis sit aoristi et praesentis quod uocant historici significatio.

Eur. Electr. 25; Ion. 1177; 1597; Iph. Taur. 1339; Helen. 1577; Bacch. 1105; Hippol. 399.

Hic duo loci Euripidei enumerandi sunt, quibus enuntiatum primarium aliud exstat secundum singularem uerborum constructionem, aliud ex sensu.

Eur. Hipp. 1198: *ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰσεβάλλομεν,*
ἀκτή τίς ἐστι τοὐπέκεινα τῆςδε γῆς
πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικόν.
ἔνθεν τις ἠχὼ χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς
βαρὺν βρόμον μεθῆκε φρικώδη κλύειν.

Cuius loci sensus hic est: quando uero desertam regionem intrabamus, in litore quodam ultra hanc terram mare Saronicum uersus sito sonus quidam ceu subterraneus Iouis tonitrus grauem fremitum emisit auditu horribilem. — Alter locus est simillimus; Iphig. T. 260:
ἐπεὶ τὸν εἰςρέοντα διὰ Συμπληγάδων
βοῦς ὑλοφορβοὺς πόντον εἰςεβάλλομεν,
ἦν τις διαρρὼξ κυμάτων πολλῷ σάλῳ
κοιλωπός ἀγμὸς, πορφυρευτικαὶ στέγαι.
ἐνταῦθα δισσοὺς εἶδέ τις νεανίας
βουφορβὸς ἡμῶν, κἀνεχώρησεν πάλιν
ἄκροισι δακτύλοισι πορθμεύων ἴχνος.

Qui modus incipiendae narrationis tantum abest, ut frigeat, ut tanquam liberior orationis conformatio inde ab Homero

poetis placuerit paene omnibus. Duos locos, qui eiusdem generis sunt, Soph. Trach. 750. et Eurip. Iph. Taur. 1449., postea in memoriam reuocabimus.

Soph. Ai. 1144: *ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν*
ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν,
ᾧ φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὗρες, ἡνίκ' ἐν κακῷ
χειμῶνος εἴχετ', ἀλλ' ὑφ' εἵματος κρυφεὶς
πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.

Ubi uerborum *ᾧ φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὗρες* sensus est *ᾧ φθέγμα οὐκ ἐνῆν.* Quare non apparet, cur Sophocles *ἄν* particulam duplicare, quam aptissimo ad sensum uerbo uti maluerit, quod est *ἐνηῦρες* uel omisso augmento *ἐνεῦρες*; hoc igitur cum Hartungo restituendum esse uidetur. (cf. Dindorf. ad h. l. in ed. Oxon.). Eurip. Bacch. 1342., ubi in libris sic legitur:

. . . . εἰ δὲ σωφρονεῖν
ἔγνωθ', ὅτ' οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον
εὐδαιμονοῖτ' ἂν σύμμαχον κεκτημένοι.

Quae scriptura Nauckium primum iure offendisse uidetur; multo enim illa definitiorem eius temporis, quo sapere Agauen Pentheumque eius filium oportuerit, circumscriptionem uersus 1345. his uerbis continet:

ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ ᾔδετε.

Altera igitur superuacanea esse uidetur. Ex totius autem loci natura et maxime quidem ex uu. 1293. et 1297. apparet, Agauen et Pentheum non diuino honore, sed superbia fastidioque Dionysum affecisse neque igitur socium adiutoremque nancisci uoluisse. De qua dei repudiatione quum hoc loco agi Nauckius putaret, uersum 1342. ita conformauit:

. . . . εἰ δὲ σωφρονεῖν
(u. 1342) *ἔγνωθ', ὃν οὐκ ἠθέλετε, τὸν Διὸς γόνον*
εὐδαιμονοῖτ' ἂν σύμμαχον κεκτημένοι.

Neque aliena haec coniectura a poetarum tragicorum dicendi usu est, qui pronomen relatiuum ad nomina uel pronomina personalia ita referunt, ut praemittatur aliquando; cuius rei exemplum non afferam nisi unum illud notissimum, Soph. Trach. 94: *ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα*
τίκτει κατευνάζει τε, φλογιζόμενον
Ἅλιον Ἅλιον αἰτῶ.

Aesch. Sept. 213, ubi post uocem *βρόμος* imperfectum uerbi *εἶναι* supplendum est. — Eurip. Hecub. 520:

. . . . νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ' ὅτ' ὤλλυτο.

In hoc enim exemplo ad uerba *πρὸς τάφῳ θ'* e uerbo quod praecedit *τέγξω*, aoristum *ἔτεγξα*, non imperfectum supplendum esse puto; uersus enim ita se habent, ut futurum tempus cum praeterito comparetur; quae comparatio non intelligitur nisi alterius uerbi actione, ut ad finem perducta, ita aoristo pronuntiata.

Qui locus nunc sequitur, Eurip. Androm. 305., de eius scriptura inter criticos adhuc non conuenit. Kirchhoffius enim et Nauckius codicum auctoritatem secuti haec uerba in textum receperunt:

παρέλυσε δ' ἂν Ἑλλάδος ἀλγεινοὺς
μόχθους, οὓς ἀμφὶ Τροίαν
δεκέτεις ἀλάληντο νέοι λόγχαις.

Fixius in ed. Paris. *ὅσ'* (*ὅσα*) pro *οὓς* scripsit, qua mutatione antistrophae metrum strophico respondens redderet; ceteri quod scio omnes Hermanni coniecturam probauerunt, qui sic poetam scripsisse ueri simile habuit:

παρέλυσε δ' ἂν Ἑλλάδος ἀλγεινοὺς
πόνους, ὅτ' ἀμφὶ Τρωΐᾳ
δεκέτεις ἀλάληντο κενοὶ λόγχᾳ.

Ego quidem diiudicare non audeo, utrum u. 305. an potius uersus strophicus, qui est:

βόασε Κασάνδρα κτανεῖν

corrigendus sit, de quo Kirchhoffius iam antea cogitauit.

Deinde pro uerbo finito participium aoristi in enuntiato primario his locis reperitur:

Soph. Oed. C. 1159: *φασίν τιν' ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν*
οὐκ ὄντα, συγγενῆ δέ, προςπεσόντα πως
βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος, παρ' ᾧ
θύων ἔκυρον, ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ.

Ubi uerba *ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ* non ad proxima, quae sunt *παρ' ᾧ θύων ἔκυρον*, sed ad superiora *προςπεσόντα καθῆσθαι* spectare Elmsleius quamquam recte animaduertit, non tamen accurate uertisse uidetur „dum aberam ego“; rectius Linwoodius atque Ellendtius: dum huc proficiscebar.

Eur. Heracl. 741; Troad. 70. Aptissime huc ii loci referri posse uidentur, quibus in enuntiato primario praesens quod uocant historicum usurpatur.

Soph. Trach. 359: *ἀλλ᾽ ἡνίκ᾽ οὐκ ἔπειθε τὸν φυτοσπόρον*
τὴν παῖδα δοῦναι, κρύφιον ὡς ἔχοι λέχος,
ἔγκλημα μικρὸν αἰτίαν θ᾽ ἑτοιμάσας
ἐπιστρατεύει πατρίδα τῆςδε καὶ πόλιν
ἔπερσε.

Ib. 564; Eur. Herc. F. 45; fr. 206; Soph. Trach. 155; 258;
ib. 696: . . . . *ὡς δ᾽ ἐθάλπετο,*
ῥεῖ πᾶν ἄδηλον καὶ κατέψηκται χθονί.

Quo loco non negligendum est perfectum *κατέψηκται* ad praesens, quod *ῥεῖ* est, adiunctum; nimirum ratio inter illa uerba intercedit ea, ut alterum idque perfecti forma pronuntiatum uelocitatem indicet, qua alterius uerbi actio et inchoata et ad absolutionem perducta sit.

Eurip. Androm. 1136; Phoen. 45; Electr. 790; Phoen. 13; 75;
ib. 1428: *ἐπεὶ τέκνω πεσόντ᾽ ἐλειπέτην βίον,*
ἐν τῷδε μήτηρ ἡ τάλαινα προςπίτνει.

Recte enim hanc ueterum librorum scripturam reuocauit Hermannus; nam quod plerique ante illum interpretes scripserunt: *ὡς γὰρ πεσόντε παῖδ᾽* cet., eam interpolationem esse apparet, ortam illam ex eo, quod adiecta explicandi causa particula *γάρ* uersum numerosiorem facerent.

Soph. Trach. 750: *ὅθ᾽ εἷρπε κλεινὴν Εὐρύτου πέρσας πόλιν,*
νίκης ἄγων τροπαῖα κἀκροθίνια,
ἀκτή τις ἀμφίκλυστος Εὐβοίας ἄκρον
Κήναιον ἔστιν, ἔνθα πατρῴῳ Διί
βωμοὺς ὁρίζει τεμενίαν τε φυλλάδα.

De qua dicendi ratione, quae in narrationibus frequens reperitur, iam supra diximus. Sensus autem huius loci hic est: quum incederet uastata incluta Euryti urbe uictoriae tropaea spoliorumque primitias secum ferens, in litore Euboeae fluctibus illiso sacra parat Ioui Cenaeo.

Accedimus nunc ad ea exempla, in quibus in utroque enuntiato praesens historicum occurrit, ubi, quamquam ex ipsa uerborum conditione elucet, alteram actionem alteram sequi, poetae interfuisse uidetur, ut indicaret, tanta alteram celeritate alte-

ram excepisse, ut interuallum intercedere nullum posset; quod ut efficeret, praesenti in utroque enuntiato usus est. Exempla autem haec sunt.

Soph. Ant. 1226: *ὁ δ᾽ ὡς ὁρᾷ σφε, στυγνὸν οἰμώξας ἔσω*
χωρεῖ πρὸς αὐτὸν κἀνακωκύσας καλεῖ.

Eur. Andr. 1152; Aesch. Pers. 198; Soph. El. 736; Oed. R. 1265; Eur. Andr. 29; Hippol. 34; Hecub. 21.

Pro uerbo finito participium praesentis in enuntiato primario duobus his locis usurpatur;

Soph. El. 424: *τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ᾽ Ἡλίῳ*
δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου.

Eur. El. 541: *οὐκ οἶσθ᾽, Ὀρέστης ἡνίκ᾽ ἐκπίπτει χθονός,*
νέαν μ᾽ ἔτ᾽ οὖσαν;

Imperfectum in enuntiato primario positum in secundario praesens historicum sequitur his locis;

Eur. Bacch. 678: *ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ᾽ ἄρτι πρὸς λέπας*
μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ᾽ ἥλιος
ἀκτῖνας ἐξίησι θερμαίνων χθόνα.

Or. 369: . . . . *ἐπεὶ δὲ Ναυπλίας ψαύω χθονός,*
. . . . *ἔκλυον ἁλιτύπων τινὸς*
τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς ἀνόσιον φόνον.

In enuntiato primario aoristus usurpatur;

Soph. Trach. 531: *ἦμος, φίλαι, κατ᾽ οἶκον ὁ ξένος θροεῖ*
ταῖς αἰχμαλώτοις παισὶν ὡς ἐπ᾽ ἐξόδῳ,
τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρᾳ . . .

Ai. 307; Oed. R. 807; Ant. 426; Oed. C. 1610; El. 749; Eur. Phoen. 63.

Nunc ea exempla percensebimus, ubi permutato temporum ordine in enuntiato primario praesens, in secundario aoristus ponitur.

Soph. El. 32: *ἐγὼ γὰρ ἡνίχ᾽ ἱκόμην τὸ Πυθικὸν*
μαντεῖον, ὡς μάθοιμ᾽ ὅτῳ τρόπῳ πατρὸς
δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα,
χρῇ μοι τοιαῦθ᾽ ὁ Φοῖβος, ὧν πεύσει τάχα.

Eur. Hecub. 963; Aesch. Pers. 361; Soph. El. 902; Trach. 777; Oed. Col. 1629; Eur. Suppl. 694; Aesch. Ag. 658; Soph. El. 893; Trach. 912; Eur. Andr. 402; Hecub. 964; Hel. 7; 12; 1338.

Participium praesentis in enuntiato primario usurpatur his locis; Soph. Trach. 562:

ὃς κἀμέ, τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον
ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην,
φέρων ἐπ' ὤμοις . . . .

Totum enim hunc locum sic construendum esse puto, ut ex duabus partibus constet, altera ὃς κἀμὲ φέρει (pro uerbo autem finito participium ponitur), ἡνίκα ἑσπόμην, altera ὃς ψαύει με, ἡνίκα ἦν μέσῳ πόρῳ, de qua parte iam supra dictum est.

Soph. Trach. 1139: στέργημα γὰρ δοκοῦσα προςβαλεῖν σέθεν,
ἀπήμπλαχ', ὡς προςεῖδε τοὺς ἔνδον γάμους.

Ubi recte Schneidewinus annotauit, enuntiatum temporale pendere ex participio, quod est δοκοῦσα, non ex uerbo ἀπήμπλακε.

Eur. Herc. F. 991: ὁ δ' ἀγριωπὸν ὄμμα Γοργόνος στρέφων
ὡς ἐντὸς ἔστη παῖς λυγροῦ τοξεύματος,
ξύλον καθῆκε.

Deinde ii loci enumerandi sunt, quibus in enuntiato primario imperfectum, in secundario aoristus usurpatnr; in quibus quae ratio temporalis insit, supra exposuimus, quum de inuerso eorum temporum ordine dissereremus.

Aesch. Prom. 562: τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προςέπτα
τόδ' ἐκεῖνό θ' ὅ τ' ἀμφὶ λουτρὰ
καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν
ἰότατι γάμων, ὅτε τὰν ὁμοπάτριον ἕδνοις
ἄγαγες Ἡσιόναν πιθὼν δάμαρτα κοινόλε-
κτρον.

Sic enim cum G. Dindorfio uersum 560. (τόδ' ἐκεῖνό θ' ὅ τ' ἀμφὶ λουτρὰ) scribendum esse puto. Libri quidem de his uerbis ualde inter se discrepant; in cod. Med. uerba ἐκεῖν' ὅτε τότ' leguntur, quo libro qui primus usus est, Petrus Victorius scripsit: ἐκεῖνό θ' ὅ,τ'. Victorium igitur G. Dindorfius secutus est. Contra Guelferbytani codicis scripturae, quae est ἐκεῖνό τε, ὅτ', fauentes Brunckius postque G. Hermannus uersum sic restituerunt:

τόδ', ἐκεῖνό θ' ὅτ' ἀμφὶ λουτρά . . . .

Illud sane concedendum est, posse utramque scripturam intelligi ac defendi; sed quaeritur, utra uerior esse uideatur. Ac primum quidem obseruatur, alienam esse ab Aeschyli scribendi usu Hermanni scripturam, qua enuntiatum temporale pendeat ex antecedente altero enuntiato temporali. Deinde

quum illud carmen, quod pronomine ἐκεῖνο significatur, ei carmini opponitur, quod ipso illo tempore modo cecinerant, accuratius illud describendum erat, quod aptius pronomine relatiuo quam aduerbio temporali effici posse uidetur. Neque aliena pronominis ὅστε significatio est, quod rem prius propositam aliquanto copiosius exsequitur; igitur latine uerbis, „qui fere“ uel „qui omnino“ explicari, interdum etiam nisi ex parte uerti non potest. De qua re uid. Viger. c. VIII, sect. 7. p. 519. ed. IV. Herm., Herm. ad Soph. Oed. R. 688. ed. Erfurdt., Baeumlein „untersuchungen über griechische partikeln.“ Stuttgart 1861. s. u. τέ.

Quod autem eius pronominis neutrum numeri singularis apud Aeschylum non reperitur, casu factum esse uidetur; ceterae enim formae atque ipsum neutrum pluralis numeri saepe leguntur.

Soph. Ai. 1231: ἦ που τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὑψήλ' ἐκόμπεις κἀπ' ἄκρων ὡδοιπόρεις,
ὅτ' οὐδὲν ὢν τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ,
κοὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους μολεῖν
ἡμᾶς Ἀχαίων οὔτε σοῦ διωμόσω.

Eur. Hecub. 631; Aesch. Pers 454; Soph. Oed. C. 1621; Eur. Iph. T. 1179;

Iph. A. 350: ὡς δ' ἐς Αὖλιν ἦλθεν αὖτις καὶ ὁ Πανελλήνων
στρατός,
οὐδὲν ἦσθ', ἀλλ' ἐξεπλήσσου τῇ τύχῃ τῇ τῶν θεῶν
οὐρίας πομπῆς σπανίζων.

Hanc enim multorum librorum scripturam, quam Hermannus quoque et Kirchhoffius receperunt, retinendam esse puto; alia non probata est.

Ib. 1547; Bacch. 624; 1095;

Soph. El. 195: οἰκτρὰ μὲν νόστοις αὐδά,
οἰκτρὰ δ' ἐν κοίταις πατρῴαις
ὅτε [σοι] παγχάλκων ἀνταία
γενύων ὡρμάθη πλαγά.

Quae uerba suppleto imperfecto ἦν sic construenda sunt: οἰκτρὰ μὲν αὐδὰ πατρὸς ἦν ὅτε νόστοις, οἰκτρὰ δὲ ὅτε ἐν κοίταις πλαγὰ ὡρμάθη. Ceterum uid. quae Schneidew. ad h. l. dixerit.

Idem imperfectum supplendum est Eur. Hel. 1133:

ἀλίμενα δ' ὄρεα μέλεα, βαρβάρου στολᾶς, (sc. *ἀλίμενα ἦν*)
ὅτ' ἔσυτο πατρίδος ἀποπρὸ χειμάτων πνοᾷ
γέρας οὐ γέρας, ἀλλ' ἔριν
Δαναῶν νεφέλαν ἐπὶ ναυσὶν ἄγων.

In hac enim scriptura acquiescentibus, ceterorum coniecturas hic proferre non placet.

Reliquum est, ut de aoristo in utroque enuntiato posito dicatur, in quo quum duplex uis insit, altera praeteriti, altera perfecti, de priore illa aoristi significatione hic agitur, cuius usus quasi negatiuus est, quum iis locis usurpatur, ubi ceterorum temporum ad res praeteritas spectantium significationes alienae sunt.

Eur. Hecub. 1214: *ἀλλ' ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἐσμὲν ἐν φάει,*
καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο,
ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν.

De primi huius loci uersus scriptura, sitne *ἐσμὲν* an *ἦμεν* scribendum, interpretes dubitauerunt; Kirchhoffius et Nauckius priorem probauerunt, quae est in duobus codicibus, in Marciano 471., qui est omnium praestantissimus, et in Vaticano; alteram scripturam, quae in ceteris libris reperitur, ceteri interpretes, inter quos Hermannus praetulerunt; de qua re uid. Herm. ann. ad h. l. De aoristo autem *ἐσήμηνε* nunc non dubitatur.

Eur. Iph. T. 1108; Bacch. 99;

Aesch. Sept. 205: . . . . *ἔδεισ' ἀκού-*
σασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον ὄτοβον, ὅτε
τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι,
ἱππικῶν τ' ἄπνυον πηδαλίων δία
στόμια πυριγενετᾶν χαλινῶν.

Quo loco libri omnes *ἱππικῶν τ' ἀΰπνων* legunt; G. Hermannus ceterique quod scio praeter unum omnes qui Aeschyli fabulas ediderunt *ἀγρύπνων* scripserunt; solus Dindorfius doricam formam uerbi *ἠπύειν* praetulit; sed utra scriptura uerior sit, nondum exploratum est.

Aesch. Ag. 588; Soph. El. 683; Eur. Andr. 274; 296; 455; 1032; Ion. 997; Troad. 519;

ib. 808: *ἔβας ἔβας τῷ τοξοφόρῳ συναρι-*
στεύων ἅμ' Ἀλκμήνας γόνῳ

Ἴλιον Ἴλιον ἐκπέρσων πόλιν ἁμετέραν
ὅθ' Ἑλλάδος ἄγαγε πρῶτον ἄνθος ἀτυζόμενος πώλων.

Uersum autem, qui est inter *ἁμετέραν* et *ὅθ' Ἑλλάδος* in libris interiectus, plerique interpretes ut suspectum uel totum uel ex parte uncis incluserunt; itaque eum omisi.

Eur. Hel. 214; 696; 1319; Orest. 989; Phoen. 97; Iph. A. 1040; Bacch. 523; Rhes. 408; 921.

Fragm. 775. u. 1: *μνησθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ' ὅτ' εὐνάσθη θεός.* Quae uerba de Sole deo intelligenda sunt; Nauckius ut ea interpretaretur initio haec suppleuit: dabit tibi, quod petieris, *μνησθεὶς ὅ εἶπε.*

Hic etiam Eurip. fragm. 53. uu. 3—5. locum habere uidentur; scripturam enim librorum incertam Nauckius sic conformauit:

τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα,
διὰ δ' ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα βροτούς,
ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν.

Eur. Or. 812; 998; Soph. Ai. 1386; fr. 556; num huc referendum sit hoc fragmentum ex ipsis uerbis intelligi non potest:

ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους
τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακείς ποτε.

Idem dicendum est de fragm. 696:

Ἴκτινος ὡς ἔκλαγξε παρασύρας κρέας.

Eurip. Suppl. 394; Electr. 968; Iph. T. 308; (cf. Androm. 1152); Phoen. 702; Rhes. 774.

Pro indicatiuo infinitiuus cum accusatiuo coniunctus reperitur Eurip. Androm. 796:

πείθομαι σε-ὁμιλῆσαι καὶ ἐκπερᾶσαι,
Ἰλιάδα τε πόλιν ὅτε πάρος
εὐδόκιμον ὁ Διὸς ἶνις
ἀμφέβαλεν φόνῳ
κοινὰν τὰν εὔκλειαν ἔχοντ'
Εὐρώπαν ἀφικέσθαι.

Huc referre licet Eurip. Iph. Taur. 852:

ἐγὼ μέλεος οἶδ', ὅτε φάσγανον
δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ,

ubi ex antecedentibus uerbis *ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος* infini-

tiuus φῦναι ad uerbum οἶδα supplendus esse uidetur. — Participium aoristi pro indicatiuo in enuntiato primario ponitur his locis:

Soph. Phil. 269: ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε
ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ.

Electr. 533; Eur. Med. 1284; Ion. 15; 243; Iph. T. 1354.

Nunc ad eos locos peruenimus, quibus enuntiatum secundarium non ex uerbo pendet in primario posito, sed ex nomine uel substantiuo uel adiectiuo ita usurpato, ut participii ui indutum appareat, nisi ipsum participium uerbi εἶναι supplere malis.

Aesch. Eum. 686: πάγον δ' ὄρειον τόνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν
σκηνάς θ', ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
στρατηλατοῦσαι.

Eur. Or. 839: ὦ μέλεος, ματρὸς ὅτε
χρυσεοπηνήτων φαρέων
μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδὼν
σφάγιον ἔθετο ματέρα.

Iph. A. 182: Πάρις ὁ βουκόλος ἂν ἔλαβε,
δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας,
ὅτ' ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις
Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν ἔριν
μορφᾶς ἁ Κύπρις ἔσχεν.

Aesch. Sept. 745: παλαιγενῆ γὰρ λέγω
παρβασίαν ὠκύποινον·
αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει·
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος
βίᾳ, τρὶς εἰπόντος ἐν
χρηστηρίοις θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν
πόλιν,
κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις
ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ,
πατροκτόνον Οἰδιπόδαν.

Soph. Trach. 83: ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἶ ξυνέρξων; ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα.

Quum enim Hercules interfecto Iphito, Euryti filio, ex sede sua fugere coactus esset, celans uxorem, quo iturus esset

relicto testamento ita a Deianira discessit, ut exactis post abitum suum quindecim mensibus aut moriendum sibi fore aut omnibus periculis defunctum ac seruitute liberatum beatam transacturum reliquam uitam esse ostenderet; hoc enim sibi oraculo praedictum esse. Cui oraculo confisa Deianira illa uerba ita pronuntiare non dubitauit. — Recte autem Wunderus ad uocem ἡνίκα hoc loco usurpatam haec annotauit; male uulgo, inquit, ἡνίκα explicant „quoniam". Nunquam enim aliam, quam temporis significationem apud tragicos habet; itaque hoc quoqe loco significat: quando i. e. eo tempore, quo.

Eur. Helen. 1117; Aesch. Choeph. 610.

Quae adhuc enumerauimus exempla omnia ita se habent, ut enuntiatum secundarium ad primarii uel ipsum uerbum uel notionem uerbalem referatur; reliquum est, ut dicamus de eo aduerbiorum temporalium usu, quum usurpantur ad accuratius circumscribendam significationem nominum uel aduerbiorum aliorum temporalium eorumque demonstratiua ui praeditorum; ueluti χρόνος, νύξ, μεσονύκτιος, deinde τότε, πρίν, πάλαι, et quae alia sunt id genus aduerbia.

Aesch. Agam. 985: . . . . χρόνος δ' ἐπεὶ
πρυμνησίων ξυνεμβολαῖς
ψαμμίαισιν παρήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
ὦρτο ναυβάτας στρατός.

Sic enim hos uersus scribendos esse puto uersibus strophicis cum Weilio ad numeros antistrophicorum, qui integri uidentur, redactis eiectaque uoce ἀκάτα. Sed num uox ἐπεὶ mutanda sit diiudicare non audeo. Senes igitur illi haec dicere uidentur: tempus enim, quo sub Troiam profectus est nauigans exercitus, retinaculorum in arenam iniectionibus consenuit uel praeteriit. Ac recte Klausenius ad l. l. annotauit, nullius posse mentionem fieri, nisi eius temporis, quo crimen commiserit Agamemno, cuius tunc timenda erat uindicta.

Soph. Phil. 360: ἐπεὶ 'δάκρυσα κεῖνον, οὐ μακρῷ χρόνῳ
ἐλθὼν — ἀπήτουν.

Eur. Iph. T. 258., si recta est Seidleri coniectura:
χρόνιοι γὰρ ἥκουσ' οἶδ', ἐπεὶ βωμὸς θεᾶς
Ἑλληνικαῖσιν ἐξεφοινίχθη ῥοαῖς.

Tritae sane hae formulae sunt, ueluti χρόνος ἐπεί, χρόνιος ἐπεί.

sed neque codicum scriptura, quam Hermannus et Kirchhoffius retinuerunt, inaudita est:

χρόνιοι γὰρ ἥκουσ᾽, οὐδέ πω βωμὸς θεᾶς . . .

De qua re uid. Herm. ad l. l.

Soph. Ai. 285; Eur. Hec. 915; Fr. 999; Soph. Electr. 698; Oed. C. 434; Eur. Phoen. 5; Med. 800; Ion. 977;

Hel. 388: εἴθ᾽ ὤφελες τόθ᾽, ἡνίκ᾽ ἔρανον εἰς θεοὺς
πεισθεὶς ἐποίεις, εὐθέως λιπεῖν βίον.

Quem locum Hermannus sic emendauit:

εἴθ᾽ ὤφελες τόθ᾽, ἡνίκ᾽ ἔρανον εἰς θεῶν
σφαγέντα καινὸν Ζεὺς πάλιν Δηοῦς λιταῖς
πεισθεὶς ἐποίει σ᾽, εὐθέως λιπεῖν βίον.

Kirchhoffius quoque corruptos illos uersus habet ac deesse nonnulla iure Hermannum suspicatum esse dicit.

Alc. 633; Med. 1330; Hippol. 1073; Herc. F. 1077.

Iph. Taur. 920: οὐκ ἦν τόθ᾽ οὗτος ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με.

Uerbum ἔκτεινε, quod de conatu mactandi dicitur, imperfecti, non aoristi temporis formam habet.

Orest. 378; 527.

Aesch. Ag. 184., qui locus est paullo artificiosius compositus:

καὶ τόθ᾽ ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς νεῶν Ἀχαιϊκῶν
μάντιν οὔτινα ψέγων,
ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων,
εὖτ᾽ ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντ᾽ Ἀχαιϊκὸς λεώς,
Χαλκίδος πέραν ἔχων
παλιρρόχθοις ἐν Αὐλίδος τόποις·
(πνοαὶ δ᾽ — — μὴ κατασχεῖν).

(u. 205.) ἄναξ δ᾽ ὁ πρέσβυς τότ᾽ εἶπε φωνῶν.

Ad quem locum Weilius haec recte, ut opinor, annotauit: τόθ᾽ (quod est in u. 184.) non ad ea tempora spectat, de quibus supra narrauit chorus, sed ad ea, quae nunc poetae animo tam uiuide obuersantur, ut statim in medias res progressus ita incipiat, quasi additurus sit ἔτλα θυτὴρ γενέσθαι θυγατρός. Nam proximis uersibus, quos uideo a nonnullis interpretibus aut temere immutatos aut non satis intellectos esse, causae proferuntur, quae ad tantam immanitatem Agamemnonem impulerint; uatibus enim eum nunquam restitisse et ingruentibus casibus uictum cum rebus duris conspirantes duros induisse animos. Sed mox ut intelligi possit narratio, ad rerum initium se reuocat. (εὖτ᾽ ἀπλοίᾳ . . .). Hactenus Weilius.

Totius igitur periodi subiectum est ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς, quod duo participia sequuntur, deinde enuntiatum temporale interponitur (εὖτε Ἀχαιϊκὸς λεὼς Χαλκίδος πέραν ἔχων παλιρρόχθοις ἐν Αὐλίδος τόποις ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντο), quod refertur ad aduerbium τότε initio positum. Deinde quae uerba sequuntur a uoce πνοαί usque ad uerbum κατασχεῖν, quasi parenthetica sunt; denique repetitis uocibus, quae initio positae erant (ἄναξ ὁ πρέσβυς τότε), totius periodi uerbum sequitur, quod εἶπε est. — Eur. Suppl. 1098; Rhes. 322; Soph. Oed. C. 766.

Eur. Cycl. 3: πρῶτον μὲν ἡνίκ᾽ ἐμμανὴς Ἥρας ὕπο
Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς·
ἔπειτα δ᾽ ἀμφί . . .

Tertio enim huius loci uersu Hermanni coniecturam ἔπεθ᾽ ὅτ᾽ ἀμφί . . . superuacaneam habeo.

Soph. Trach. 688; Ai. 771; Ant. 268; Eur. Iph. Taur. 301; Suppl. 995; Soph. El. 1265; Eur. Or. 164.

Phoen. 143: σημεῖ᾽ ἰδὼν τότ᾽ ἀσπίδων ἐγνώρισα,
σπονδὰς ὅτ᾽ ἦλθον σῷ κασιγνήτῳ φέρων.

Alterum huius loci uersum, qui etiam u. 97. totidem uerbis legitur, Kirchhoffius et Nauckius pro spurio habuerunt, ceteri interpretes retinuerunt, et Valckenarius quoque defendit; uidetur enim ille uersus utroque loco ad sententiam explendam necessarius et repetitio in tanta et rei et uerborum simplicitate non potest ansam offensionis praebere. Cf. Klotz. ad. h. l.

Eur. Rhes. 822; Soph. Phil. 271.

Eur. Hel. 1659: πάλαι δ᾽ ἀδελφὴν καὶ πρὶν ἐξεσώσαμεν,
ἐπείπερ ἡμᾶς Ζεὺς ἐποίησεν θεούς.

Alter uersus Nauckio suspectus est.

In exemplis, quae sequuntur, de rebus loquendi tempore praesentibus dicitur, atque aoristus perfecti ui indutus apparet in enuntiato temporali;

Soph. Ai. 711: νῦν πάρα λευκὸν εὐάμερον πελάσαι φάος
θοᾶν ὠκυάλων νεῶν,
ὅτ᾽ Αἴας λαθίπονος πάλιν
θεῶν δ᾽ αὖ πάνθυτα θέσμι᾽ ἐξήνυσ᾽ εὐνομίᾳ σέβων μεγίστᾳ.

El. 936; Ai. 274; 996; Eur. Heracl. 1009; Iph. Aul. 343; 358; Soph. Ai. 61.

Duobus locis perfectum in enuntiato temporali reperitur;

Aesch. Sept. 705: *νῦν ὅτε σοι παρέστακεν.*

Quae uerba recte sic uertuntur: nunc tempus est, quo in tua potestate est mortem euitare. De qua re Hermannus disseruit in Append. ad Vig. de id. lib. ed. IV. p. 917.

Eur. Electr. 869: *νῦν ὄμμα τοὐμὸν ἀμπτυχαί τ' ἐλεύθεροι,*
ἐπεὶ πατρὸς πέπτωκεν Αἴγισθος φονεύς.

Deinde etiam praesens in enuntiato temporali usurpatur his locis:

Soph. El. 954: *νῦν δ' ἡνίκ' οὐκ ἔτ' ἔστιν, εἰς σὲ δὴ βλέπω.*

Oed. C. 772; Electr. 789; Oed. C. 1358; El. 519; Ant. 1140; Trach. 90; 36.

De quo aoristo *ἔφυ* Ellendtius in lex. Soph. II, 937. sic recte dicit: ab altera inde parte (de qua antea disputauerat) primitiue significandi illa uis exoritur, qua *φῦναι* nil nisi esse aliquid indicat.

Oed. R. 258; 985; Phil. 424; Eur. Heracl. 9; Med. 495; Rhes. 579; Soph. Phil. 877; Eur. Androm. 982.

Omnia autem haec exempla ab aliis non ita differunt, ut enuntiatum secundarium non describat primarii actionis tempus, sed ita, ut secundarium non ad totum primarium, sed ad unum aduerbium demonstratiua ui indutum referatur; differentia igitur magis externarum rerum, quam sensus est.

Sed priusquam de hoc exemplorum genere disserendi finem faciamus, de aduerbiorum temporalium eo usu dicendum esse uidetur, quo cum uerbis coniunguntur, in quibus reminiscendi notio inest; de qua re Hermannus ad Eurip. Hecub. 108. pluribus disputauit.

De uno exemplo, ubi ipsum Euripidem optimum huius rei interpretem exstitisse Hermannus dicit, de Eurip. Troad. 70., iam supra dictum est. Cetera autem haec sunt;

Eur. Iph. A. 337: *οἶσθ' ὅτ' ἐσπούδαζες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον,*
τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι θέλων,
ὡς ταπεινὸς ἦσθα πᾶσι . . . ;

Ex hoc quoque loco intelligitur, recte Hermannum praecepisse, quum diceret: *οἶσθα* non pertinet ad eam rem, quae cum particula *ὅτε* coniuncta narratur, sed ad longe aliam, quae reticetur. Interrogatio enim haec est: scisne, quum hoc fiebat, quid

tum acciderit? Hoc postremum omittitur, ut is, qui interrogatur, temporis quo acciderit memoria tactus, ipse rem, quae acciderit, recordetur. Haec Hermannus. Nostro autem loco altera quoque interrogationis pars dilucidis uerbis indicatur, modo sic construamus uerba: *οἶσθα, ὡς ταπεινὸς ἦσθα πᾶσιν, ὅτε ἐσπούδαζες;* — Ceteris sane locis non ita facile uerborum nexus perspicitur.

Eurip. Hec. 110: *οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη σὺν ὅπλοις,*
τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας
λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας.

Quo loco Canteri coniectura (*ὅτι* pro *ὅτε* scribentis) motus Hermannus de hac re doctrinam explicauit.

Soph. Ai. 1273. 1283: *οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδέν, ἡνίκα*
ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλῃμένους,
ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας, ἐν τροφῇ δορὸς
ἐῤῥύσατ' ἐλθὼν μοῦνος . . . ;

et paullo post: *χὤτ' αὖθις αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου,*
λαχών τε κἀκέλευστος, ἦλθ' ἐναντίος,

Eur. Hec. 239: *οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,*
δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

Herc. F. 1222: *. . . ἐκεῖσ' ἀνοιστέον,*
ὅτ' ἐξέσωσάς μ' εἰς φάος νεκρῶν πάρα.

Ion. 1370: *. . . κατ ὄσσων ὡς ὑγρὸν βάλλω δάκρυ,*
ἐκεῖσε τὸν νοῦν δούς, ὅθ' ἡ τεκοῦσά με
κρυφαῖα νυμφευθεῖσ' ἀπημπόλα λάθρᾳ
καὶ μαστὸν οὐχ ὑπέσχεν.

Quem locum diu dubitaui inter ceteros inserere, quum ex rerum natura esse uideretur, quod *ὅθ'* non acciperemus, nisi aduerbium locale *ὅθι*. Sed Aug. Nauckium auctorem habemus, qui negauit literam *ι* uocis *ὅθι* apud tragicos elisam reperiri. Quam sententiam Nauckius primum quod scio protulit in annot. ad III. edit. Electrae Schneidewinianam (Berlin. 1858.), pag. 161, ubi ad uers. 709. haec dicit: statt *ὅθι αὐτούς* war *ἵν' αὐτούς* zu schreiben. Weder findet sich *ὅθι* im trimeter, noch lässt sich die elision des iota fuer die tragoedie erweisen. Atque eadem de re postea quoque nescio quo libro iterum eadem protulit. Dindorfius sane et Bergkius in illo loco Sophocleo optimorum

librorum scripturam, quae est ὅθ', retinuerunt. Nauckii igitur sententia quum uera est, Ionis u. 1370. recte in illo numero enumerauimus, quum falsa, ille uersus inter ea exempla, de quibus agimus, omnino non habet locum.

Soph. Oed. R. 1134: εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
κάτοιδεν, ημος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον
ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνὶ
ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρὶ τρεῖς ὅλους
ἐξ ἦρος εἰς ἀρκτοῦρον ἑκμήνους χρόνους.

Ex iis autem exemplis, quae postremo loco posuimus, apparet non omnia id genus interrogationem continere neque in omnibus eam rem, cuius recordationem poeta iniciat, reticeri, facta solius temporis, quo acciderit, mentione. Illud certe constat, hunc usum non esse, nisi in rebus praeteritis. — Sed de his hactenus.

Deinceps, ut erat propositum, de rebus loquentis tempore praesentibus dicamus; ubi nihil nisi praesens uel tempus praesentis ui indutum usurpari posse ex ipsa eius temporis significatione elucet.

Aesch. Choeph. 1026: ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμί, κηρύσσω φίλοις.
Eur. El. 1111: ὀψὲ στενάζεις, ἡνίκ' οὐκ ἔχεις ἄκη.
Iph. A. 348; Soph. El. 1329; Ant. 804; Trach. 711; Oed. C. 393; Eur. Ion. 1244; Med. 1005; Soph. Oed. R. 918; Phil. 428; Eur. Alc. 379; Or. 1030; Iph. A. 1092;

Soph. Ant. 784: Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
ὅτ' ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις.

Quem locum ex genuina, ut putant, apographorum scriptura Dindorfius, Bergkius, Meinekius ita restituerunt, ut pro aduerbio ὅτε pronomen ὅς per anaphoram repeterent:

ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς . . .

Similem librorum scripturae mutationem primus Iacobsius postque Dindorfius et Bergkius receperunt in Soph. Ai. 802:

(μαθὼν) τοῦ Θεστορείου μάντεως καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν, ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

Aduerbium enim ὅτε in pronomen ὅς mutauerunt ad Calchantem relatum, „qui hodie aut mortem aut uitam ei nuntiat“. Quod exemplum quamquam hic locum suum non habet, ob eandem

factam mutationem cum illo, quod praecedit, coniungere uolui. Deinde hic ii quoque loci enumerandi sunt, qui a particula ἐπεί incipientes in utroque enuntiato praesens tempus usurpatum habent; qui quamquam ipsum illud ἐπεί pro sua originatione plerumque significat, alteram actionem priore tempore quam alteram accidisse, tamen ita sunt conformati, ut statum rerum inde a certo quodam termino per aliquod temporis spatium continuatum indicent, in quo actio alia incidat.

Soph. Ant. 15: ἐπεὶ δὲ φροῦδός ἐστιν Ἀργείων στρατός
ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον.
Eur. Hipp. 387: ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω φρονοῦσ' ἐγώ.
οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
ἔμελλον.
Ion. 1353. Phoen. 889. Heracl. 29.

Deinde ut supra exempla enumerauimus, ubi aduerbia temporalia ad solum aliquod nomen uel ad aliud aduerbium tempus indicans referuntur, talia in hac quoque specie reperiuntur.

Eur. Ion. 1078: αἰσχύνομαι τὸν πολύυμνον θεόν, εἰ παρὰ καλ-
λιχόροισι παγαῖς
λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων ὄψεται ἐννύχιος ἄυπνος ὤν,
ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς ἀνεχόρευσεν αἰθήρ,
χορεύει δὲ σελάνα . . .

Quem locum ita puto esse interpretandum, ut aduerbium ὅτε referatur ad uocem εἰκάδων, quod nomen esse scimus etiam diebus sacrorum Eleusiniorum inditum; est igitur temporis festi significatio. Aoristus autem dicitur de sacris quotannis repetitis. De altero eius generis loco, qui est Soph. Ai. u. 802., iam supra disputauimus.

Restant duo loci Euripidei, de quibus breui dicendum est; alter Orest. 237: ἄκουε δὴ νῦν, ὦ κασίγνητον κάρα,
ἕως ἐῶσι σ' εὖ φρονεῖν Ἐρινύες.

De quo loco diu dubitaui, utrum uerbum ἐῶσι pro coniunctiuo an indicatiuo habendum esset; ex ipsa enim forma uterque modus esse potest, et Hermannus quidem ipse dubius (de part. ἄν pag. 111.) coniunctiuum esse dixit, sed addidit: quamquam hic quidem etiam indicatiuus esse potest. Nunc autem certo scimus indicatiuum esse, quod apparet comparatis cum nostro loco exemplis, quae similia sunt, Aesch. Choeph. 1026. et

Soph. fragm. 736., quorum iterum mentio fiet, quum de coniunctiuo disputabitur. Alter autem locus est

Eur. Troad. 1105: εἴθ' ἀκάτου Μενέλα
μέσον πέλαγος ἰούσας,
δίπαλτον ἱερὸν ἀνὰ μέσον πλάταν πέσοι
Αἰγαίου κεραυνοφαὲς πῦρ,
Ἰλιόθεν ὅτε με πολύδακρυν
Ἑλλάδι λάτρευμα γᾶθεν ἐξορίζει.

Quam librorum scripturam ut cum Nauckio mutemus neque res metrica neque totius loci sensus poscit; quare Kirchhoffius recte eam retinuisse uidetur; Aldinae autem lectionem, quae est ὅτι, Witzschelius cum editione Parisina recepit.

Nunc reliquum est, ut de rebus loquendi tempore futuris pauca adiciantur. In futuro autem pleraque incerta nobis sunt, angustissimaque est eorum cognitio nobis et dubia plerumque. Quae quum ita sint, ne illud quidem pro certo affirmari potest fore, ut duae actiones instantes eodem tempore eueniant; igitur si quis eiusmodi quid praedicit, is dicit se exspectare ut eueniat. Quamobcausam si homines non rerum experientia docti sunt, iisdem sub conditionibus easdem res euenire, non licet actiones duas ut futuro tempore simul euenientes certo indicare; itaque apud tragicos quidem poetas graecos non indicatiuum futuri, sed coniunctiuum praesentis uel aoristi cum particula ἄν coniunctum in plerisque id genus enuntiatis temporalibus usurpatum reperies. De quo coniunctiuo postea uideamus. Sed eorum quoque exemplorum numerus est quamuis exiguus, quibus in primario enuntiato futurum uel modus futuri ui praeditus, in secundario praesentis indicatiuus occurrit; quorum interpretationem facile habebimus, quum ipsa exempla ante oculos proposuerimus.

Eur. Alc. 449: πολλά σε μουσοπόλοι
μέλψουσι καθ' ἑπτάτονόν τ' ὀρείαν
χέλυν ἔν τ' ἀλύροις κλέοντες ὕμνοις
Σπάρτᾳ κύκλος ἁνίκα Καρνείου περινίσσεται ὥρας
μηνὸς ἀειρομένας
παννύχου σελάνας,
λιπαραῖσί τ' ἐν ὀλβίαις Ἀθάναις.

Indicatiuo autem περινίσσεται poeta utitur, quia inter omnes

Graecos notum erat, quotannis mense Thargelione per nouem dies Spartae Apollinis Carnei sacra coli, quibuscum poetarum quoque certamina coniuncta erant. Chorus igitur loco nostro uaticinatur, Alcestim, omnium uxorum longe optimam, carminibus semper iri celebratum. Optatiuo quoque si poeta usus esset, non haberemus, in quo offenderemus.

Eur. Fragm. 26: τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς·
τύχοιμι δ' αὐτῆς ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

Huc pertinet Eur. Herc. Fur. 284:

ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεών.

Nunc sequitur locus ad interpretandum difficillimus, de quo nihil adhuc certi uiri docti statuerunt.

Eur. Hel. 1310: κρόταλα δὲ Βρόμια διαπρύσιον
ἱέντα κέλαδον ἀνεβόα,
θηρῶν ὅτε ζυγίους
ζεύξασα θεὰ σατίνας,
τὰν ἁρπασθεῖσαν κυκλίων
χορῶν ἔξω παρθενίων
μέτα κοῦραι ἀελλόποδες,
ἁ μὲν τόξοις Ἄρτεμις, ἁ δ'
ἔγχει Γοργῶπις πάνοπλος·
αὐγάζων δ' ἐξ οὐρανίων
. . . (lacuna) . . .
ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε.

Mutata codicum scriptura, quae est ἀνεβόα θηρῶν ὅτε ζυγίους ζεύξασα θεᾷ σατίναν, Pflugkius, qui primus ceteris rectius perspexit, quae totius loci sententia esset, sic scripsit: θηρῶν τε συζυγίους ζεύξασαι θεᾷ σατίνας . . ., ita ut uerbum intelligeretur ἐσύθησαν, repetendum e superiore forma ἐσύθη. Alii autem aliam uiam inierunt. Satis igitur erit Hermanni coniecturae mentionem facere, qui ad illa uerba θηρῶν ὅτε ζυγίους ζευξάσᾳ θεᾷ σατίνας (sic enim emendauit!) uerbum intercidisse censuit in ea lacuna supplendum, quae ipso auctore post uocem πάνοπλος indicanda erat, non ante ultimum strophae uersum, ut L. Dindorfius statuerat. Scripsit igitur sic:

ἃ μὲν τόξοις Ἄρτεμις, ἃ δ'
ἔγχει Γοργῶπα πάνοπλος,

προὐξωρμῶντο· Ζεὺς δ' ἑδράνων
αὐγάζων ἐξ οὐρανίων
ἄλλαν μοῖραν ἔκραινεν.

Sed de priore enuntiatorum temporalium genere haec hactenus. Alterum genus est, in quo indicatur, actionem enuntiati secundarii tempore diuersam esse ab ea, quae enuntiati primarii est. Ac prius quidem de iis locis dicamus, quibus actio enuntiati secundarii antecedit, quam ad finem perductam actio alterius enuntiati consequitur. Atque initium faciamus a rebus praeteritis. In enuntiato autem secundario imperfectum pro sua natura usurpari non posse, initio huius libelli satis superque demonstratum esse uidetur; itaque aliud tempus non reperitur nisi aoristus uel praesens historicum.

Eur. El. 1260: ἔστιν δ' Ἄρεώς τις ὄχθος, οὗ πρῶτον θεοὶ
ἕζοντ' ἐπὶ ψήφοισιν αἵματος πέρι,
Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης.

Phoen. 1505; Iph. Aul. 797; Soph. El. 507; Aesch. Sept. 980; Ag. 1212; Soph. Oed. R. 115; Phil. 549; Oed. C. 1647; 1607; Eur. Andr. 629; Med. 1156; El. 813; Hec. 546; 555; Ion. 53; 823; 1168; 1170; 1198; Iph. Taur. 323; 961; Hel. 1530; 1576; Phoen. 1187; Bacch. 691; 1088; Cycl. 420; Fr. 459;

Aesch. Prom. U. 228: ὅπως τάχιστα καθέζετο, εὐθὺς νέμει γέρα.
De uerbo autem καθέζομαι Buttmannus aliique grammatici statuerunt, imperfectum esse aoristi ui praeditum; ipsam autem praesentis formam καθέζομαι suspectam habent; de qua re Passowius dixit in lex. s. u.

Soph. Ant. 407: ὅπως γὰρ ἥκομεν — καθήμεθα.

Trach. 917; Oed. C. 1638; Eur. Phoen. 1148; 1455; Aesch. Pers. 201; 386; 500; Sept. 778; Ag. 198; 217; Prom. U. 199; 829; Soph. El. 530; 777; Trach. 789; 900; Oed. Col. 1301; 1590; (plusquamperfecti enim notio saepenumero ab aoristi notione non multum abest). ib. 1631; Eur. Alc. 158; Suppl. 752; Androm. 11; 284; 971; 1085; Med. 551; 1136; 1193; 1211; Electr. 774; 851; Heracl. 12; 800; 991; Hippol. 391; Hecub. 4; 557; 571; Herc. F. 923; Ion. 817; 1563; Iph. T. 940; 1259; 1327; Troad. 374; 658; 952; 1002; Helen. 1526; 1652: ἐπεὶ ἐξανεστάθη καὶ παρέσχε — οὐκέτι (sc. κατοικεῖν ἐχρῆν). Ceterum alter huius loci uersus, in quo enuntiatum primarium inest, spurius esse uidetur.

Orest. 78; 496; 576; 884; Phoen. 1090; 1163; 1359; 1377; 1600; Iph. Aul. 66; 1544; 1601. (quem utrumque uersum Nauckius aliique interpretes suspectum habent). Bacch. 288; 1043; Cycl. 11; 382; 409; Rhes. 762; 825; Fragm. 488; Aesch. Ag. 1634; Eur. Heracl. 819; Hec. 776; Iph. T. 78; Hel. 1569; Cycl 180; Soph. Phil. 545; Eur. Hipp. 1319.

Duobus tantummodo locis in enuntiato secundario praesens cum aduerbio ἐπεί coniungitur; uterque autem in Eurip. Rheso reperitur; alter est u. 348:

ἥκεις, ἐπλάθης Φρυγίαν πρὸς αὐλὰν
ἀσπαστός, ἐπεί σε χρόνῳ
Πιερὶς μάτηρ ὅ τε καλλιγέφυ-
ρος ποταμὸς πορεύει — Στρυμών.

Alter locus est u. 926:

κἀπεὶ σὲ τίκτω, συγγόνους αἰδουμένη
καὶ παρθενείαν, ἧκ' ἐς εὐύδρου πατρὸς
δίνας.

Deinde duobus locis pro indicatiuo aoristi participium in enuntiato primario usurpatur; Soph. Antig. 1315:

(ἀπελύσατο) παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὐτὴν, ὅπως
παιδὸς τόδ' ᾔσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.

Eur. Hel. 537: ἐγὼ δ' ἀπέστην τοῦτ' ἐρωτῆσαι σαφῶς,
ᾐσθεῖσ' ἐπεί νιν εἶπέ μοι σεσωσμένον.

Pro imperfecto participium praesentis reperimus his locis:

Aesch. Ag. 242: πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς, προσεννέπειν
θέλουσ', ἐπεὶ πολλάκις
πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους
ἔμελψεν.

Soph. Ant. 168; Eur. Hec. 939; 946.

Deinde ex infinitiuo praesentis ui temporis praeteriti praedito enuntiatum secundarium pendet duobus his locis:

Eur. Heracl. 830: ἐπεὶ δ' ἐσήμην' ὄρθιον Τυρσηνικῇ
σάλπιγγι καὶ συνῆψαν ἀλλήλοις μάχην,
πόσον τιν' αὐχεῖς πάταγον ἀσπίδων βρέμειν;

Herc. F. 1269: ἐπεὶ δὲ σαρκὸς περιβόλαι' ἐκτησάμην
ἡβῶντα, μόχθους οὓς ἔτλην τί δεῖ λέγειν;

Soph. Phil. 331: ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν.

Qui nuntius de morte Achillis tam inexspectatus et tristis

Philoctetae accidit, ut interruptis Neoptolemi uerbis interrogatione eum exciperet; itaque enuntiatum primarium totum deest.

Nunc de rebus loquendi tempore praesentibus dicendum est; in quibus exemplis uel praesens uel perfectum in enuntiato primario usurpatur; perfecto enim ea significari, quae statu inde sequente usque ad praesens tempus pertineant, iam supra commemorauimus; in enuntiato autem secundario uel aoristus ui perfecti praeditus uel praesens uel ipsum perfectum reperiuntur.

Soph. Ai. 167: ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν,
παταγοῦσιν ἅπερ πτηνῶν ἀγέλαι.

Antig. 170; 565; Eur. Troad. 597; Soph. Phil. 1099; Aesch. Pers. 594; Soph. Phil. 759; Eur. Med. 1043; El. 1242; Phoen. 196;

Aesch. Sept. 992: σὺ τοίνον οἶσθα διαπερῶν,
ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν.

Schuetzius enim recte monuisse uidetur, alterum uersum cum priore arctissimo nexu copulandam esse, non ad eum pertinere, qui inter illos interiectus est:

σὺ δ' οὐδὲν ὕστερος μαθών.

Aesch. Ag. 40; Choeph. 932; Soph. Ai. 490; Trach. 810; Eur. Suppl. 1041; Andr. 540; 886; Med. 26; Hippol. 1121; Herc. F. 830; Phoen. 1365; Cycl. 260; Rhes. 434;

Aesch. Choeph. 623: ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων
πόνων, ἀκαίρως δὲ δυςφιλὲς γαμήλευμ'
ἀπεύχετον δόμοις
γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν
ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ,
ἐπ' ἀνδρὶ δᾴοισιν ἐπικότῳ σέβας,
τίω δ' ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων
γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν.

Quo loco non satis constat, a quo uerbo enuntiatum primarium incipiat. Alii enim codicum scripturam sic mutauerunt: ἄκαιρόν γε — σέβειν τίειν δὲ, et uerterunt: sed quando mentionem inieci malorum implacabilium, intempestiuum est, discors matrimonium, aedibus detestabile, et animi muliebris insidias uiro bellatori, uiro apud hostes claro paratas colere et focum aedium igne carentem suspicere. — Contra G. Hermannus apodosin incipere dicit cum antistropha, ubi δέ particula de more

posita sit post ἐπεὶ δέ, longiore parenthesi interposita; quae ut intelligeretur, prima uerba Herm. sic mutauit: ἄκαιρος δ' ὁ, sed participia illa σέβων et τίων retinuit. Quibus factis hanc uersionem adiecit: quando autem mentionem feci tristium laborum (intempestiuus enim, qui inimicum connubium, exsecrandum aedibus, et femineae mentis insidias uiro bellatori, uiro apud hostes claro structas colit, et suspicit igne carentem focum atque inbelle mulieris sceptrum): malorum maxime celebratur Lemnium.

Ac de scriptura nihil statuere audeo, nisi quod sensum totius cantici magis expedire mihi uidetur stropha tertia post antistropham posita.

Soph. Oed. R. 412; Eur. Hel. 612;

Soph. Oed. R. 1003: τί δῆτ' ἐγὼ οὐχὶ τοῦδε τοῦ φόβου σ', ἄναξ,
: ἐπείπερ εὔνους ἦλθον, ἐξελυσάμην;

Saepenumero aoristum post τί et τί οὖν pro praesenti inferri Heind. demonstrauit ad Plat. Protag. p. 460.

Phil. 888; Eur. Med. 811; Ion. 802; Soph. Phil. 346; Oed. C. 1221; Eur. Iph. T. 574., ubi librorum scripturam

. . . . ἓν δὲ λυπεῖται μόνον,
ὅτ' οὐκ ἄφρων ὢν μάντεων πεισθεὶς λόγοις
ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν,

quae inepta est, Hermannus et Kirchhoffius ita mutauerunt, ut pro aduerbio ὅτε pronomen ὅ τε restituerent. De ceteris uerbis, quae mutauerunt, uid. Herm. ad h. l.

Aesch. Ag. 394; 956; 1360; Eumen. 731; Soph. Oed. R. 370; 376; 942; 1417; Antig. 482; Trach. 1258; Philoct. 1056; Oed. Col. 266; 462; 597; Eurip. Alcest. 434; Med. 137; 871; 934; Electr. 302; Herc. Fur. 141; 710; Troad. 315; Helen. 61; Phoen. 922; Iph. Aulid. 835; 1423; Aesch. Pers. 521; Eurip. Med. 526.

Denique si qua actio rebus instantibus antecedit, quae loquendi tempore aut praeterita aut praesens est, in enuntiato temporali aut aoristus aut praesens ponitur.

Aesch. Ag. 1287: ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
πράξασαν ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν,
οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐν θεῶν κρίσει
ἰοῦσα κἀγὼ τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.

Eum. 482: ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
φόνων δικαστὰς ὁρκίους αἱρουμένη
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.

Soph. El. 1312; Antig. 538; 655; 1111 (ad quem loc. uid. Dind.); Eur. Heracl. 1027; Helen. 1675; Soph. El. 631; Eur. Heracl. 976; Soph. Ant. 900; El. 38; Ai. 715; Oed. Col. 84: εὖτε νῦν ἔκαμψα — μὴ γένησθ' ἀγνώμονες. De quo loco Dindorfius in edit. Oxon. disputauit. Aesch. Pers. 697; Ag. 1036; Soph. El. 1263; Ant. 923;

Trach. 463: ἥδε τ' οὐδ' ἂν εἰ
κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπεί σφ' ἐγὼ — ᾤκτειρα.

Ubi in priore uersu ad uerba οὐδ' ἂν supplendum esse ἐνέγκαιτο ὄνειδος Schneidew. demonstrauit.

Ib. 1114; Oed. C. 237; 1125; 1720; Eur. Suppl. 427; El. 408; Hippol. 955; Herc. F. 593; Or. 1639; Phoen. 89; 194; Aesch. Ag. 822; 854; Soph. Oed. R. 1432; Phil. 122; Eur. Heracl. 120; Rhes. 336; Suppl. 344; Aesch. Ag. 1649; Prom. U. 786; fr. 193. u. 5; Soph. Trach. 472; Oed. C. 956; Eur. Hec. 868; Hel. 1284; Or. 607; Phoen. 866; Bacch. 210; fr. 775. u. 5; Herc. F. 722; Hel. 1408; Rhes. 319; Hecub. 1286; Hel. 1005; Aesch. Suppl. 910.

Duobus locis Euripideis ex antecedente uersu futurum supplendum est; Hippol. 334:

οὐ δῆτ', ἐπεί μοι δῶρον οὐ δίδως ὃ χρῆν.

et ib. 1449: οὐ δῆτ', ἐπεί σε τοῦδ' ἐλευθερῶ φόνου.

Soph. Ai. 1095; El. 1318; Oed. C. 203; Eur. Troad. 1105; Androm. 647; Aesch. Pers. 703; Sept. 689; Suppl. 739; 982; Ag. 1669; Choeph. 85; 214; 906; Eum. 86; 307; Prom. 630; Soph. Ai. 211; Oed. R. 9; 326; 1503; Trach. 484; Phil. 1343; Oed. C. 849; 885; 1405; fr. 736; Eur. Med. 761; Heracl. 185; Hecub. 312; Herc. F. 1285; Ion. 439; Troad. 1145; Or. 267; Phoen. 1709; Aesch. Choeph. 512; 566; Eumen. 515; Soph. Ai. 114; Trach. 1174; Phil. 380; Eurip. Hippol. 946; Iph. T. 530; Rhes. 137; Aesch. Choeph. 680; Soph. Oed. Col. 217:

ib. 75: ἐπεὶ πάρει, αὐτοῦ μέν' οὗπερ κἀφάνης,

si recte Nauckius coniecit.

Eur. Rhes. 868; Heracl. 1019.

In uno exemplo imperfectum cum aduerbio ἐπεί coniungitur:

Eur. Hec. 1250: . . . . ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλά
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

Denique duo loci reperiuntur, ubi aduerbium ὅτε cum uerbo εἶναι coniunctum quasi in unam aduerbialem notionem abiit.

Soph. Ai. 56: . . . . κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε
δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων,
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπίτνων στρατηλατῶν.

Ubi ἔσθ' ὅτε — ὅτε ponitur pro ὁτὲ μὲν — ὁτὲ δέ uel ἄλλοτε δέ, quae usitatior est distinguendi forma.

Eur. Alc. 1109: ἀλλ' ἔσθ' ὅθ' ἡμᾶς αἰνέσεις.

Sed haec hactenus.

In exemplis autem, quae enumerauimus, non ubique ita facile diiudicari potest, sitne temporalis an causalis conditio inter enuntiatum secundarium et primarium intercedens, neque omnis de hac re dubitatio in omnibus excluditur; temporalia enim aduerbia etiam causalium uice saepenumero funguntur, quoniam inter causam aliquam atque actionem, quae illa efficitur, eadem temporis conditio intercedit, quam aduerbia temporalia significant.

Restat ut de iis locis dicamus, quibus actionem enuntiati primarii antecedentem actio alterius enuntiati sequitur. Sed duplex potest eorum locorum conditio esse; nam aut actio, quae antecedit, uno tantum puncto eius temporis fit, quod est ante tempus incidentis alterius actionis, ita ut inter alteram finitam, alteram incidentem aliquod interuallum intercedere possit; aut quae prior fit, continuatur usque ad alteram incidentem, ut continuo posterior priorem excipiat spatio nullo interiecto. In utraque autem specie ea tantummodo exempla huc pertinere, quae ad res praeteritas spectent, statim intelligitur; rerum enim futurarum plane alia conditio est, de qua paullo post dicemus.

Prior autem illa species significatur aduerbio πρίν, altera aduerbiis ἕως et ἔστε.

Aesch. Prom. 481: οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστόν, οὔτε πιστόν, ἀλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρίν γ' ἐγὼ σφίσιν
ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων . . . .

Aesch. fragm. Thress., quod Hermannus ex schol. ad Soph. Ai. u. 833. sic restituit:

ἔκαμψε, τόξον ὥς τις ἐντείνων, ξίφος,
πρὶν δὴ παροῦσα δαιμόνων τις εὐφρόνως
ἔδειξεν αὐτῷ.

Soph. Oed. R. 776; Eur. Alc. 128; Andr. 1147;

Med. 1173: *ἀνωλόλυξε, πρίν γ' ὁρᾷ . . .* (praes. hist.).

Hec. 131. (*πρίν* c. praes. histor.). Iph. A. 489; Rhes. 294; 568. De quibus exemplis Baeumleinus disputauit (untersuchungen über die griechischen modi. p. 90.).

Aesch. Pers. 428: . . . . *οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ*
κωκύμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα
ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο.

Ib. 464; Eur. Alc. 758; Hippol. 1232; Iph. T. 972; Or. 620;

Soph. fragm. 216: *νῦν δ' εἰρὴ ὕποφρος ἐξ αὐτῶν ἕως*
ἀπώλεσέν τε καὐτὸς ἐξαπώλετο.

Sed quum prior uersus quam grauissime corruptus esse uideatur, ne id quidem constat, num aduerbium *ἕως* recte se habeat.

Aesch. Ag. 308: *εἶτ' ἔσκηψεν, ἔστ' ἀφίκετο*
Ἀραχναῖον αἶπος.

Hanc enim Stanleii coniecturam cum Dindorfio retinendam esse putamus; nam quod G. Hermannus coniecit:

ἔστ' ἔσκηψεν, εὖτ' ἀφίκετο,

uerbo *ἀφίκετο* ad *Ἀραχναῖον αἶπος*, altero autem uerbo (*ἔσκηψεν*) ad *ἀστυγείτονας σκοπάς* relato, id Weilius recte dixisse uidetur artificiosius esse, quam pro Aeschyli simplicitate.

Prom. U. 457: . . . . *ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν*
ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυςκρίτους δύσεις.

Ib. 656; Soph. Ai. 1031; Antig. 415.

Ex antecedente participio enuntiatum temporale pendet

Soph. El. 753: *φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ*
σκέλη προφαίνων, ἔστε νιν διφρηλάται
ἔλυσαν αἱματηρόν . . . .

Sed de indicatiuo haec hactenus.

De Coniunctiui usu.

Iam sequitur altera pars, quae est de coniunctiui usu ac ratione.

Ex iis autem, quae supra disputauimus, intelligitur, aduerbia quae uocantur temporalia ad solum tempus indicandum non spectare, nisi indicatiuo adhibito; ubi autem coniunctiuo uel optatiuo scriptores utantur, aliquid accedere ad temporalem enuntiatorum conditionem inter omnes constat. Quaeritur nunc, quid illud sit quod accedat.

Atque coniunctiui usus is est, ut ea, quae dicuntur, non reapse fieri uel facta esse significet, sed in mente tantummodo haberi, ita tamen, ut exspectetur, ut eueniant. Quamobcausam quum plerumque non exspectetur, ut aliquid eueniat, quod non instet, sed iam ad perfectionem uenerit, coniunctiuus in enuntiato secundario sequitur praesens uel futurum in enuntiato primario positum; ea enim, quae praeterita sunt, rerum experientia docti sumus. Itaque coniunctiui notionem ad futurum proxime accedere mox intelligemus; discrimen autem inter ea intercedens id est, quod tempore futuro utentes pro certo affirmamus actionem non posse non fieri, coniunctiuo uero quamuis confidenter modo exspectamus, ut aliquid eueniat. Quum autem plerumque fieri soleat, ut exspectemus, ut quod nondum exstiterit, sub certis quibusdam conditionibus efficiatur, ut exsistat, apud tragicos quoque graecos coniunctiuum in enuntiatis temporalibus longe plurimis non usurpatum reperimus, nisi particula *ἄν* cum aduerbiis temporalibus coniuncta. De cuius particulae graeci sermonis propriae originatione ac ui disputauit Schoemannus, U. III., in libro de partibus orat. scripto (p. 198.). Cf. etiam G. Hermann. de part. *ἄν*, Hartung. de particulis II. p. 216—331., quibus aetate antecesserat Reisig. de ui et usu part. *ἄν*; deinde Poppo de part. *ἄν*, Baeumlein. in libro, quem inscripit „über die griech. tempora und modi“.

Iam ad ipsa exempla nos uertamus, quorum priorem speciem distinguimus eam, in qua significatur fore ut enuntiati et primarii et secundarii actiones per idem tempus continuatae eueniant. In primario igitur uel futurum uel imperatiuus uel

etiam modus, quem subiectiuum appellant, in secundario aduerbium temporale cum ἄν coniunctum et coniunctiuus praesentis usurpantur.

Soph. El. 105: ἀλλ' οὐ μὲν δὴ
λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων,'
ἔστ' ἂν παμφεγγεῖς ἄστρων
ῥιπάς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ.
Eur. Alc. 337: οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τὸ σόν,
ἀλλ' ἔστ' ἂν αἰὼν οὑμὸς ἀντέχῃ.
Hippol. 659: νῦν δ' ἐκ δόμων μέν, ἔστ' ἂν ἔκδημος χθονὸς
Θησεύς, ἄπειμι.
Soph. Phil. 1330: καὶ παῦλαν ἴσθι τῆςδε μή ποτ' ἂν τυχεῖν
νόσου βαρείας, ὡς ἂν οὗτος ἥλιος
ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν ...

In qua librorum scriptura quaeritur, quinam sensus insit in particula ὡς cum ἄν coniuncta; de qua re Dindorfius ad Soph. Ai. 1117. haec dixit: ὡς ἄν i. e. ἕως ἄν. Manifestum est ὡς uel ὥςπερ in tribus illis locis Sophoclis (Phil. 1330; Ai. 1117. Oed. Colon. 1361.) nihil aliud significare posse, quam ἕως uel ἕωςπερ. Quaeritur igitur utrum Sophocli ὡς et ὥςπερ pro ἕως et ἕωςπερ dicere placuerit, quod nemo alius dixit, an ἕως et ἕωςπερ sit scribendum, quae quorundam sententia est, cum synizesi, cuius exempla plura apud Homerum, nulla apud tragicos reperiuntur, an ὡς ex glossemate ἕως deprauatum sit; quae Brunckii opinio fuit, qui in uersibus Ai. et Phil. ἔστ' ἄν scripsit, sed ἕωςπερ in Oed. Col., quod, si synizesis non sit admittenda, ἔστεπερ ζῶ scribendum foret. Harum trium rationum quae uera sit, nondum exploratum habemus. Hactenus Dindorfius in edit Oxon.

Sed quo facilius duorum illorum quos laudauimus locorum sententia intelligatur, hic eos literis consignare liceat;

Soph. Ai. 1117: . . . . τοῦ δὲ σοῦ ψόφου
οὐκ ἂν στραφείην, ὡς ἂν ᾖς οἷόςπερ εἶ.
Oed. Col. 1361: οὐ κλαυστὰ δ' ἐστίν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα
τάδ', ὥςπερ ἂν ζῶ, σοῦ φονέως μεμνημένος.

Primam quidem illam explicandorum locorum rationem, quam Dindorfius attulit, uidetur non esse cur reicere dubitemus, quippe quae nullo exemplo possit probari; atque ob eandem

causam ne altera quidem uera esse uidetur, quam Bergkius aliique secuti aduerbium ἕως restituerunt per synizesin una syllaba pronuntiandum. Hermannus quidem uulgatam illam scripturam (ὡς ἄν), non solitariam, secundum propriam uocis ὡς significationem interpretatus est: „utcumque seu quomodocunque"; sed ne hac quidem interpretatione satis plana fit illorum locorum sententia. Quae restat Brunckii coniectura ἔστ' ἄν scribentis, duobus locis (Phil. 1330. et Ai. 1117.) et metro et sensu probatur, tertio autem loco metricum uitium efficit, siue legitur τάδ', ἔστ' ἄν περ ζῶ, nam in iambicis tragici dialogi trimetris iambus

spondeos stabiles in iura paterna recepit
commodus et patiens, non ut de sede secunda
cederet aut quarta socialiter;

siue legitur τάδ' ἔστεπερ ἂν ζῶ, anapaesto enim pedi nisi in prima sede in trimetris locus non est, nisi forte nomina quaedam propria inserenda sunt, quae anapaesti formam habent. Ceterum alterum hoc, quod est ἔστεπερ ἄν, intercedente particula περ inter aduerbium ἔστε et ἄν, etiam minus recte quam alterum se habere uidetur, neque usquam apud tragicos reperitur.

Quamobcaussam Brunckius ἔστεπερ ζῶ scribendum esse putauit, quae coniectura speciosior uidetur esse, quam uerior; non enim intelligitur, quomodo factum sit, ut qui codicem perscripsit, pro facillima ad interpretandum scriptura (ἔστεπερ) scripserit ὥςπερ ἄν. — Baeumleinus quidem in primo illo exemplo (Phil. 1330.) Brunckii coniecturam ita ueram habuit, ut ne uno quidem uerbo discrepationis illius inter uiros doctos mentionem faceret. (uid. p. 232. ei. libri Baeuml., quem supra laudauimus). Ac praestat sane, illis locis aduerbium ἔστ' ἄν recipere, ut interim medela adhibeatur; tertio autem loco codicum scripturam retineamus et Hermannum secuti interpretemur: „ferendum est, utcunque uiuam tui ut interfectoris mei memor".

Soph. Phil. 1000: . . . . οὐδ' ἢν χρῇ με πᾶν παθεῖν κακόν,
ἕως ἂν ᾖ μοι γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον.
fr. 736. u. 4: προςλαμβάνειν δὲ δεῖ καθ' ἡμέραν ἀεί,
ἕως ἂν ἐξῇ μανθάνειν βελτίονα.

Quem locum quum comparauerimus cum Eurip. Orest. u. 237, ut

supra diximus, statim elucebit, huius loci aliam esse atque illius conditionem. Illo enim loco Electra de reditu Menelai nuntium afferens, Orestem fratrem grauissimo morbo uexatum adhortatur, ut audiat, quae dictura sit, dum Furiae compotem suae mentis esse sinant; Orestem igitur tum, quum Electra illa uerba diceret, mentis compotem fuisse apparet. Itaque quum de certo loquendi temporis puncto, non de quolibet tempore uel homine Electra loquatur, magis ex totius illius adhortationis natura esse uidetur, quod indicatiuus adhibeatur. Contra in Soph. fragm. 736. non de uno homine, sed de quibusuis hominibus quolibet tempore uiuentibus sermo esse uidetur, quibus praecipiatur, ut discendo in dies scientiam augeant, donec discere meliora liceat. Itaque quia in omnia tempora illud poeta praecepit, neque exspectat, ut facta dicta excipiant, coniunctiuo utitur cum particula ἄν coniuncto, quo explicet, nihil sua interesse, quinam aut quotiens praecepto illi obsequantur. Ceterum etiam illud aliquid momenti habere uidetur, quod apud Sophoclem non addita particula ἄν aduerbium ἕως cum coniunctiuo coniunctum paene in finalem notionem transierit, cuius rei exempla alio loco enumerabimus. — De alterius autem loci ratione (Aesch. Choeph. 1026: ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμί, κηρύσσω φίλοις.) non habeo, quod adiciam, quum dilucida per se esse uideatur.

Aesch. Ag. 1435: οὔ μοι μελάθρων ἐλπὶς ἐμπατεῖν φόβον
ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος.

Hanc enim Weilii emendationem ut genuinam recipiendam esse puto.

Eur. El. 1136: . . . . ἡνίκ' ἂν δέ με
δοκῆτε θυσίας τῆσδ' ἀπηλλάχθαι θεοῖς,
πάρεστε.

Heracl. 736: οὐ ταῦτα λέξεις, ἡνίκ' ἂν λεύσσῃς μ' ἐκεῖ.

Iph. T. 1217: ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι, —
τί χρή με δρᾶν;
πέπλον ὀμμάτων προθέσθαι.

Troad. 421: σὺ δ', ἡνίκ' ἄν σε Λαρτίου χρῄζῃ τόκος
ἄγειν, ἕπεσθαι.

Or. 1672: καὶ λέκτρ' ἐπῄνεσ', ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ.

Aoristi usus, qualem in uerbo ἐπῄνεσα reperimus, non singularis est; quum enim aliquis dicit se gaudere uel mirari uel alio animi motu se affici, Graeci semper fere pro nota illa graecae linguae subtilitate atque elegantia non praesenti tempore, sed aoristo utebantur, quoniam animi motu iam affectus est, si quis dicit se moueri, ueluti eo temporis momento quo dicit se ridere iam risit. De qua re uid. Krueger. gr. gr. 53, 6, 3; Matth. 506, 1; Passow. in lex. s. u. ἐπαινέω id genus aoristum ἐπῄνεσα in nostram Germanorum linguam sic uertit: ich will gelobt haben. Liceat ea quoque hic perscribere, quae ab G. Hermanno (ad Viger. p. 745. seq.) disputata sunt; aoristorum, inquit, quae pro praesente usurpari dicuntur, duplex ratio est, prior, qua fieri aliquid solere indicatur, quod non potest fieri nisi in sententia generali, qua quid ut exemplum commemoratur; non enim in aoristo consuetudinis significatio inest; altera, qua praeteritum uere indicatur, sed ut uix alia lingua exprimi possit, nisi circumscribere uelis. Hoc apud tragicos frequentissimum est; εἶπον, edictum uolo, Eurip. Med. 272; ὑπεῖπον, imperatum uolo, Suppl. 1170; ᾔνεσα, Iph. Aul. 655; Taur. 1023; Ion. 1614; Herc. F. 222; ἐπῄνεσα, Soph. Ai. 536; Eur. Or. 1672 (quo de loco disputamus); Med. 707; Alc. 1098; Iph. Aul. 440; Troad. 53; 713; Herc. F. 1235; (adde Aesch. Pers. 224; 844; 972; 1000), et quae alia id genus exempla Hermannus attulit; de iis autem quae apud Aristophanem reperiuntur, uid. Teuffel. ad Arist. Nub. 174.

Uidemus igitur longe plurima reperiri apud Euripidem, qui primus inter tragicos descendit ad philosophorum et rhetorum sermonis subtilitatem.

Soph. Phil. 464: . . . ὡς ὁπηνίκ' ἂν θεὸς
πλοῦν ἧμιν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα.

Aesch. Ag. 638: ὅταν δ' ἀπευκτὰ πήματ' ἄγγελος πόλει
στυγνῷ προσώπῳ πτωσίμου στρατοῦ φέρῃ, . .
πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων.

Prom. U. 258: οὐδ' ἔστιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον;
οὐκ ἄλλο γ' οὐδέν, πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.

ib. 744: τί που δράσεις, ὅταν τὰ λοιπὰ πυνθάνῃ κακά;

Soph. Ai. 392: ὅταν κατεύχῃ ταῦθ', ὁμοῦ κἀμοὶ θανεῖν εὔχου.

Ai. 850; El. 39; 696; 1028; 1038; 1056 (βεβήκῃς = ᾖς); 1251;

Oed. R. 618; Antig. 91; Trach. 451; Philoct. 56 (*λέγειν* sc. *σε δεῖ*); 505 (*σκοπεῖν* sc. *χρή*); 1080; 1440; Oed. Col. 288; 411; 1530 (de quo loco uid. Dindorf. in edit. Oxon.).

Oed. R. 658: *εὖ νυν ἐπίστω, ταῦθ᾽ ὅταν ζητῇς, ἐμοὶ*
ζητῶν ὄλεθρον ἢ φυγὴν ἐκ τῆςδε γῆς.

Eur. Suppl. 448; Andr. 440; Hipp. 411; Herc. F. 250; Ion. 612; 1032; Iph. T. 1458; Troad. 77; 94; Or. 135; 298; 1189; Phoen. 461; Iph. A. 693; 764; 925; Bacch. 160; 498; Cycl. 454; 477; Rhes. 148 (ubi *ὅσ᾽ ἂν* pro *ὅταν* Nauck. num recte?); 216; fragm. 606. u. 2; Ion. 678.

Eur. Bach. 115: . . . *αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει,*
Βρόμιος εὖτ᾽ ἂν ἄγῃ θιάσους
εἰς ὄρος εἰς ὄρος.

Librorum scripturam *ὅτ᾽ ἄγη* (omissa litera *ι*) ab aliquo interprete mutatam habemus in *ὅστις ἄγει*; Elmsleius *εὖτ᾽ ἂν ἄγῃ* uel *ὁπόταν ἄγῃ*, Dindorfius *ὅταν ἄγῃ*, Kirchhoffius librorum auctoritatem secutus *ὅτ᾽ ἄγῃ*. Quaeritur nunc quaenams criptura genuina sit uel ad genuinam proxime accedat. Quum autem antistrophae metro neque librorum neque Dindorfii scriptura respondeat, neque aduerbium *ὅτε* omissa particula *ἄν* cum coniunctiuo apud tragicos poetas coniungatur, non possumus non recipere Elmsleii coniecturam, quamquam non habemus, quo genuinam esse affirmemus.

Deinde quas species enuntiatorum de indicatiuo disserentes distinximus quum retinemus, nunc ii loci enumerandi sunt, quibus actionem enuntiati primarii ipsam instantem actio alterius enuntiati sequitur. .

Aesch. Prom. U. 165: *οὐδὲ λήξει, πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ, ἢ*
παλάμᾳ τινι
τὰν δυςάλωτον ἕλῃ τις ἀρχάν.
ib. 176: . . . *στερεάς τ᾽ οὔποτ᾽ ἀπειλὰς*
πτήξας τόδ᾽ ἐγὼ καταμηνύσω,
πρὶν ἂν ἐξ ἀγρίων δεσμῶν χαλάσῃ
ποινάς τε τίνειν
τῆςδ᾽ αἰκίας ἐθελήσῃ.
ib. 718: *ἥξεις δ᾽ Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,*
ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν,
πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς.

ib. 756: *νῦν δ᾽ οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον*
μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.
ib. 991: *οὐκ ἔστιν αἴκισμ᾽ οὐδὲ μηχάνημ᾽ ὅτῳ*
προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.
ib. 1027: *τοιοῦδε μόχθου τέρμα μή τι προςδόκα,*
πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
φανῇ, θελήσῃ τ᾽ εἰς ἀναύγητον μολεῖν — Ἅιδην.
fragm. 319: *πρὶν ἂν σταλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου*
αὐτός σε χράνῃ Ζεὺς καταστάξας χεροῖν.

Aesch. Prom. U. u. 770. cod. Guelferb. lectionem *πλὴν ἐὰν ἐγώ* receptam esse, quum aliae scripturae falsae essent, non est quod in memoriam reuocemus. Sed priusquam ad Sophocleos locos progrediamur, hic animaduertendum est, a d u e r b i u m *π ρ ί ν* c u m p a r t. *ἄν* c o n i u n c t u m a p u d A e s c h y l u m n o n r e p e r i r i, n i s i s e x i e s i n P r o m e t h e o, s e m e l i n f r a g m e n t i s.

Soph. Ai. 107: (*AI.*) . . *θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔ τί πω θέλω.*
(*ΑΘ.*) *πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τί κερδάνῃς πλέον;*
(*AI.*) *πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον᾽ ἑρκείου στέγης —.*
Oed. R. 1529: . . . (*χρὴ*) *μηδέν᾽ ὀλβίζειν, πρὶν ἂν*
τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Frequentissima haec est apud tragicos poetas sententia.

Eur. Andr. 101: *χρὴ δ᾽ οὔποτ᾽ εἰπεῖν οὐδέν᾽ ὄλβιον βροτῶν,*
πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς,
ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.
Troad. 510: . . . *τῶν δ᾽ εὐδαιμόνων*
μηδένα νομίζετ᾽ εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ.
Soph. Trach. 2: *ὡς οὐκ ἂν αἰῶν᾽ ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν*
θάνῃ τις, οὔτ᾽ εἰ χρηστὸς οὔτ᾽ εἴ τῳ κακός.
Eur. Heracl. 865: (*κηρύσσει*) *τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν,*
πρὶν ἂν
θάνοντ᾽ ἴδῃ τις.
Soph. Ant. 308: *οὐχ ὗμιν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν*
ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ᾽ ὕβριν.
Trach. 415: *οὔ* (sc. *ἄπει*), *πρίν γ᾽ ἂν εἴπῃς ἱστορούμενος βραχύ.*

Hic animaduertendum esse uidetur, aduerbia temporalia semper

ita cum particula ἄν coniungi, ut nulla uocula intercedente disiungantur, nisi particula γέ (nostro loco; deinde Soph. Oed. Col. 48; Eur. Iph. T. 1302.) et particula δέ (uno loco Soph. Oed. R. 834: ἕως δ' ἄν).

Soph. Phil. 332; 1332; Oed. C. 909; 1041; Eur. Alc. 1145; Med. 276; 680; El. 955; Heracl. 180; Herc. F. 866; Ion. 770; Iph. T. 19; 1302; Iph. A. 324; Cycl. 558; Fr. 803; 473.

Quod supra diximus, in iis quae enumerauimus exemplis actionem enuntiati primarii instantem antecedere ante actionem enuntiati secundarii, id fortasse minus recte dixisse cuipiam uidebimur, quum illorum locorum intueatur sensum, qui plane contrariam explicandi rationem poscere uidetur; nam quum poeta dicit: οὐδὲ λήξει, πρὶν ἂν κορέσῃ, sane nemo alio modo hunc locum interpretari potest, nisi sic: quum satiauerit, tum finem faciet. Ita enim aoristi quoque coniunctiui, qui omnibus his locis usurpatur, explicationem inuenisset. Sed alia est forma, alius sensus. Aduerbium enim πρίν comparatiui formam habet*). Itaque quum illo loco, quem modo laudauimus, negationis aduerbium (οὐδέ) abiecerimus, facilius erit ad intelligendum λήξει, πρίν —, quod idem est ac λήξει πρότερον ἤ —, primum finem faciet, deinde alia res accidet. Sed quum abiectum aduerbium οὐδέ est, in enuntiato secundario neque coniunctiuum neque particulam ἄν usurpare licet. Quaeritur igitur, quaenam explicandi ratio sit et particulae ἄν et coniunctiui aoristi. — Uidimus autem omnibus illis locis in enuntiato primario inesse negandi uel prohibendi significationem; itaque si quis dicit, non

*) Aduerbium πρίν originem ducit ex uoce aliqua ante nostram memoriam usitata, cuius reliquiae hae sunt:

prâ (ante), praepositio ap. Ind. usurpata, cuius forma est illius uocis casus instrumentalis, quem Boppius et Curtius appellant;

prai (prae), praep. latina, casus locatiuus;

prôd (πρό — pro), praep. graec. et lat., cas. ablatiuus;

πρίν, graecae linguae aduerbium, non solum comparatiui ui indutum (ut Hartung. II, 69.), sed ipse comparatiuus. Nam πρίν contrahitur ex προ-ιν = προ-ιον (ιον est comparatiui terminatio), ut in latina lingua syllaba praepositiua „pris“ — (pristinus) ex „prius = pro-ius“, et „primus“ ex „pro-imus“. De qua re uid. Curtium in gr. etym. I, 249. — πρίν autem est casus accusatiuus.

actum iri quidquam, antequam alia actio eueniat, non affirmat fore, ut alia illa actio reapse eueniat, sed nihil dicit nisi, si altera eueniat, alteram instare. Atque haec uidetur esse particulae ἄν ac coniunctiui explicatio. Aoristi autem coniunctiuus eam habet notionem, quod neque infectam neque perfectam actionem repraesentat, nullam igitur temporis, sed solius modi (i. e. coniunctiui) significationem amplectitur. Quae quum ita sint, quodcunque temporis momentum siue praesentis siue praeteriti siue futuri rerum cohaerentia postulat, aoristi coniunctiuus indicat. Ceterum etiam praesentis uel potius actionis infectae coniunctiuus uno loco usurpatur; Soph. Phil. 1409., ubi Neoptolemus Philoctetam iubet abire, στεῖχε προς κύσας χθόνα. Quod quominus efficiatur Hercules impedit in θεολογείῳ conspectus, his uerbis:

μήπω γε, πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
ἀΐῃς μύθων, παῖ Ποίαντος.

Omnibus autem his locis aduerbium πρίν prope accedit ad significationem aduerbii ἕως.

Aesch. Prom. 810; 770 (de quo loco iam supra dictum est); Soph. Oed. R. 834; Oed. C. 114; Eur. Alc. 1021.

Rhes. 615: ἀλλ' ἐκτὸς αὐτὸν τάξεων κατεύνασεν
Ἕκτωρ, ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος.

In his Rhesi fabulae uersibus singulare aliquid inest, quod in ceteris fabulis haud ita facile reperiri putamus; nam uerba quaedam desideramus quasi per ellipsin omissa, quae media sint inter κατεύνασεν atque ἕως ἄν. Dea enim Ulixem certiorem facit, Hectorem Rhesum socium extra muros collocasse, ubi maneret, donec illucesceret.

Aesch. Eum. 449; Pr. U. 376; 697; 792 (ubi post uerbum ἡλιοστιβεῖς aliquid excidisse Brunckius primus intellexit; uidetur autem inter alia uerba imperatiuus uel modus imperatiui ui praeditus excidisse); Eur. Andr. 1266; Cycl. 627; Aesch. Eum. 340.

Soph. Ai. 571; de quo loco iam initio huius libelli disputauimus; codicum enim scripturam:

ὥς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰςαεί,
μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ,

falsam esse supra commemorauimus. Quamobcausam quum ab

interpolatore illatum hunc uersum censerent, Elmsleius et Dindorfius totum eiecerunt, Hermannus sic emendauit: *ἔστ' ἂν μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ.* Nam aduerbium *ἔστ' ἄν* grammaticos saepenumero uoce *μέχρις ἄν* interpretatos esse affirmat. Bergkius in ann. crit. ad h. l.: suspectus, inquit, uersus est; fortasse antiquitus in codicibus aliquid excidit; igitur grammatici ut locum redintegrarent, uersum hunc inseruerunt". Ac uidetur sane uox *εἰςαεί* in fine prioris uersus posita ueteres interpretes induxisse, ut totum qui sequitur uersum quasi interpretationem adicerent; tota enim eius sententia superuacanea est. Quare uersus ille aut eiciendus est, aut si genuinum retinere uelimus, Herm. coniectura recipienda uidetur, quae et sensu et metro et legibus grammaticis probatur.

Sed haec hactenus. Quae restant exempla coniunctiui cum *ἄν* coniuncti, deinde coniunctiui non addita particula *ἄν*, tum de optatiuo, de infinitiuo et de aduerbiorum temporalium originatione, quae reperta habemus, alio loco prodemus.

UITA.

Natus sum Carolus Gothofredus Pistotheus Immanuelis Preuss a. d. VII. Id. Ianuar. a. h. s. XXXVIII. Lignicii, urbe Silesiae, patre Christiano Gothofredo, ciue Ligniciensi, matre Amalia e gente Reichiana, qui parentes ut ad extremam usque senectutem tranquilla et beata uita praeclarae assiduitatis curaeque impigrae quasi praemio fruantur, Deum O. M. enixe precor. Fidei euangelicae addictus sacris utor eorum, qui ab unitis Lutheranorum et Reformatorum, quos dicimus, confessionibus separati meram Lutheri de rebus diuinis doctrinam sequuntur. Primis literarum elementis instructus duodecimo aetatis anno gymnasium Ligniciense adii, quod adhuc directore Dr. Eduardo Muellero, Professore, U. Ill. floret. Cuius gymnasii octo per annos alumnus fui, usus disciplina optimorum praeceptorum, quos pia grataque memoria omnes prosequor. Deinde quum maturitatis quod uocant testimonium accepissem, mense Aprili a. h. s. LVIII per Rect. Magn. Elvenich, Uir. Ill., ciuibus uniuersitatis literariae Viadrinae Vratislauiensis legitime adscriptus lectionibus interfui philologicis, philosophicis, historicis, politicis, quas habuerunt Uiri Ill. Bernays, Braniss, Haase, Roepell, Rossbach, Tellkampf, Westphal. Ineunte hieme a. h. s. LX. inter sodales seminarii philol., quod Vratislauiae est, receptus exercitationum, quibus Haase et Rossbach praeerant, per tria semestria particeps fui. Deinde quum per aliquot menses praeceptoris domestici munere functus essem, in patriam reuersus uno ex gymnasii Ligniciensis praeceptoribus munere se abdicante praeceptor publicus pueros per unum annum institui. Quum autem muneri suscepto totus uacare deberem nec mihi contingeret, ut examini assidue consulere possem, anno peracto mense Octobr. a. LXIII Gryphiswaldiam me contuli, ut ibi finem academicis studiis imponerem. Ubi quum per Uir. Ill. Bardeleben, Rectorem Magn., in ciuium academicorum numerum essem receptus, lectiones adhuc frequentabam Uir. Ill. Schoemanni, Useneri, Hoeferi.

Omnibus autem his uiris optime de me meritis gratiam habeo quam maximam semperque, quantum iis debeam, memori gratoque animo tenebo.

SENTENTIAE CONTROUERSAE.

1) *In docendis puerulis probatur Callimachi illud* μέγα βιβλίον μέγα κακόν.

2) *Soph. Oed. R. u. 161. uoces* κυκλόεντα θρόνον *interpretes adhuc minus recte interpretati sunt.*

3) *ib. uu. 1349. sequ. sic recte leguntur:*

ὄλοιθ' ὅστις ἦν, ὃς ἀγρίας πέδας
νομὰς ἐπιποδίας μ' ἔλαβ' ἀπό τε φόνου

et qu. sequ.

4) *Eur. Med. 1316. retinenda est optimorum librorum scriptura, quae est* τίσομαι.

5) *Senec. Troad. u. 1000. (ed. T. Baden.) ita scribendum esse uidetur:*

Sed en citato Pyrrhus accurrit gradu.